Hunc librum emi ego Marius Saluus Bratius Pera solidis
de Paolis die xiiij 9bris 1595.

FLAMINII CHARTARII I·V·C· VRBEVETANI THEORICÆ, ET PRAXIS INTERROGANDORVM REORVM


Libri Quattuor.

Latrunculatoribus omnibus non minus iucundi, & non ingrati, quàm pernecessarij.

EDITIO SECVNDA

Castigatior, & in nonnullis locis auctior ex Auctoris recognitione.

Cum Indice rerum, & verborum locupletissimo.



M. D. XCIV.

In Officina Io. Angeli Ruffinelli.

ROMAE, Apud Antonium Zannettum. Superiorum Permissu.

ILL.^MO ET REV.^MO
D. D.
HIERONYMO SIMONCELLO
S. R. E. CARD. AMPLISS.

FLAMINIVS CHARTARIVS S. P. D.

INTVENTI mihi sæpenumero (Cardinalis amplissime) in summos homines, ac summis ingenijs præditos, qui in rerum criminalium studijs sunt, doctrinaque versati, quærendum esse visum est, Quid esset, cur ex tam multis nemo adhuc de arte Interrogandorum Reorum iustum aliquem, & qua si proprium librum (vt par erat) conscripserit? Et ea, (quò magis meus hac in re fluctuabat animus) quæ hac de re scripta extant, omnia nullo ordine, siue arte confusa ita sunt, atque concisa, vt iuuenes optata illis pertingere non valeant: Et tamen nemo dubitat, quin illi fuerint viri alioqui docti, & exercitati, qui eam rem attigerunt: Quis enim aliter existimaret de Nicolao Eymerico, Auctore Repertorij Inquisitorum, Iacobo Nouello, Ioanne Mylæo, Aegidio Bossio, ac Petro Follerio? qui sunt, qui ex tam multis rem hanc attigerunt; quorum cum in vniuersam rerum criminalium theoricam, ac praxim præclari extent libri, artis, & ordinis pleni, praxis verò Interrogandorum reorum concise, & arte haud detecta ab eis pronunciata est: Qualis etiam confusa, & concisa, omnisque artis, & ordinis expers est praxis hac de re incerti cuiusdam Auctoris recens edita, & peruulgata. Verè mihi hoc videor esse dicturus, ex ijs omnibus plerosque quantumuis rerum criminalium peritos, non tamen in ipso latrunculatorũ munere exercitatos, non potuisse ijs de rebus, quas ita non bene cognitas habebant, aliqua scribere. Ex exercitatis verò rem hanc silentio præterisse nonnullos, acumine magis ingenij, vsu, & exercitatione eam comparari, quàm artis præcepta tradi posse cogitantes. Totius enim rationis ignari, neque exercitationis vllam viam, nec aliquod præceptum artis esse, sed tantum, quantum ingenio, & cogitatione, ac vsu, & exercitatione consequi quisque potest, satis esse debere, arbitrati sunt. Idque cum argumentis: quod ita nati essemus, vt aliquo circuitu, & longè, vnde nihil suspecti sit, interrogatione repetita, priora sequentibus

applicando,eo reos naturæ munere perducere possumus,vt quod dicere non voluēr, negare nō possint: qua in re omnis latrunculatorum versatur facultas: Et quod vsus, exercitatioque & Interrogandi prudentiam acueret, & celeritatem incitaret. Tum etiam exemplorum copia. Nam primùm quasi dedita opera neminem scriptorem artis,nec mediocriter quidem disertum fuisse certum est, excellentes tamen in hoc genere latrunculatores quosdam repertos esse, qui nec artem didicerunt, nec omnino scire curarunt. Reliquos autem, quorum aliqua hac in re literis prodita extant, & manibus teruntur, non eo animo ea congessisse,vt quasi perfecta opera ederentur, peruulgarenturque,sed vt futuræ exercitationi ea,qualiacunq. essent,lucem aliquam afferrent,idque satis esse debere putarunt. Quemadmodum si aurum cui, quod multifariam defossum commonstrare uoluissent,satis fuisset, si signa,& notas ostenderent locorum,quibus cognitis ille sibi ipsi foderet,& id,quod vellet, paruulo labore, nullo errore inueniret. Mea quidem sententia nemo poterit esse omni laude cumulatus latrunculator, nisi erit artem Interrogandorum Reorum consequutus. Et viri illi excellentes summam ex eo munere laudem non sibi (vt reor) peperissent, nisi artem ingenij saltem acumine, vsu, & exercitatione sibi comparassent. Ex artis præceptis efflorescat,& redundet oportet reorum examen, quod Constitutum appellant: quod, nisi subest ars aliqua, inanem quandam habet interrogationum congeriem,ac vim,& penè puerilem. Non tamen hoc ita dico, vt omnem vim interrogandi in arte ponam: nam & animi, atque ingenij celeres quidam motus esse debent,qui ad interrogandum acuti sint, & vberes,qui inseri quidem,& donari ab arte non possunt, sunt enim dona naturæ, quæ cum ipso homine nascuntur, sed arte tamen adiuuari, & meliores fieri possunt, vt neque etiam ea tota, sicuti aliqui faciunt, vel negligenda, vel repudianda sit: nec enim consumatus latrunculator, nisi ex vtraque fieri potest, natura scilicet,& arte, quæ si ex pari coeant, doctus indoctum, & doctior doctum in Interrogandorum Reorum opere superabit: tametsi in mediocribus quidem adhuc naturæ credam esse momentum,cōsumatos autem plus doctrinæ,& arti debere,quàm naturæ putauerim, sicuti terræ nullam fertilitatem habenti nihil optimus agricola profuerit,è terra vberi vtile aliquid etiam nullo colente nascetur. Hæc autem mihi sæpe, ac multum cogitanti causa fuit, cur Reorum Interrogandorum Theoricam, ac praxim comparauerim, & edendi, ac peruulgandi tempus distulerim. Sunt enim primùm arbitratus, quod ratio rei huius gerendæ eius magis probabitur, qui artem didicerit, quàm qui non didicerit. Et veritus præterea sum, ne qui nihil egere præceptis opus hoc putant, natura sua, & vulgari modo, & exercitatione contenti rideant diligentiam nostram: sed eorum causa magis perturbatus sum, qui me longe doctiores, & magis exercitati multo plura, & meliora in eandem rem obseruassent, & notauissent. Sed cum ad me ipsum animum retulissem, & probi aliquot

quot iuuenes agendarum rerum criminalium studiosi precibus mecum egissent quam potuerunt diligentissimis, vt quod obseruatum haberem de interrogandis reis, re quidem latrunculatoribus necessaria, sed de qua nemo adhuc data opera, & quasi ex proposito, vt par erat, conscripserit, eis impertirem: naturæ meæ ad humanitatem, benignitatemque propensio ad edendum impellens præualuit. Quid enim homo præsertim natus, institutus, paratus ad promerendum, qui nulla ex re maiorem capio voluptatem, quam ex oblata occasione non solum amicis, sed etiam alienis gratificandi, facere poteram, quàm eorum obsequi voluntati, ac potius efflagitationi? Et cum in alterutram partem peccandum esset, in eam partem peccare, quæ aliquà humanitatis excusatione minus periculosa videretur. Hæc mihi fuit (vir amplissime) edendi libri causa propè necessaria. Vt autem sub tui amplissimi nominis clypeo, authoritate, & splendore prodire velim, non me illud impedit, quod hanc nactus occasionem, & vt nonnulli facere consueuerunt, tuas laudes, tum propter ingenij tui excellentiam, atque incredibilem rerum vsum, tum ob cæteras egregias animi tui dotes, & tuæ etiam familiæ nobilitatem aliquo eximio exquisitæ orationis apparatu ea ratione commemorasse statuerim, vt te, tuamque familiam quasi coram laudando, gratiam tuam aucupari videar. nullo primùm apud te loco sunt verborum lenocinia, aurium aucupia, & litterarum tendiculæ; & iampridem me ipsum, meosque singulari, atque incredibili quadam beneuolentia ita (quæ tua est humanitas) nos deuinxisti, vt in ære tuo nos semper futuros non semel fassi, professique simus. Et virtutum tuarum præterea splendor, summæque tuæ laudes, ac clarissimæ tuæ familiæ nobilitas insignis tam excelso, & illustri loco sitæ sunt, vt per se efflorescant, & maximè vigeant, & mea dicendi facultate, quæ nulla est, ad claritatem non indigeant. Non etiam me illud mouit, vt mihi persuadeam, à me hoc modo pro tuis in me meritis vllam gratiam tibi referri, sed vt omnibus perspicuum sit obseruantiæ erga te meæ argumentum, & animi non omnino ingrati non quale velim, sed quale possum hoc tempore monumentum: Deinde, vt aduersus Zoilos, ac contumeliosos Momos, qui de aliorum existimatione multum detrahere, & illi tenebras offundere conantur, sit firmissima tutela, firmissimumque præsidium. Tu igitur (vir amplissime) pro tua singulari humanitate, quemadmodum me, meosque in tua fide, & clientela iam pridem esse voluisti, ita huius libri, qui in tuo amplissimo nomine apparet, patrocinium suscipere ne graueris, vt tuæ dignitatis quasi clypeo tutus à maledicorum telis securam vitam, si modo vita dignus est, ducere ei liceat. Vale.

FLAMI-

FLAMINIVS
CHARTARIVS
CANDIDO LECTORI
S. D.

IAMPRIDEM (candide Lector) quædam, quæ ad praxim Interrogandorum Reorum spectant, excogitaueram, congesseramque, eo animo, & consilio, vt ijs me ipsum potius, filiosque meos, quàm alios ad Reos examinandos, interrogandosque erudirem. Cum autem ea ad peritissimorum latrunculatorum, proborumque aliquot iuuenum agendarum rerum criminalium studiosorum manus peruenissent, eorum precibus quàm validissimis, ne non communicando hunc meum laborem, aliis etiam Tironibus, atque ijs, qui de gremio iam exiuerunt, deessem, talentique in terram defossi, si hoc facerem, rationem redderem, vt hæc euulgarentur, cedendum censui. Et quamquam non me lateat, nonnullos, & maximi nominis, & summæ authoritatis Iurisconsultos in hac eadem re tractanda omni studio, & diligentia versatos esse, plurima tamen eos aut prætermisisse, aut sine Methodo, & ratione tractasse, & artem tandem non docuisse animaduerti. Quæ ipsis igitur deesse cognoui, huic meo operi adiungenda, quæ vero ij tradiderunt, faciliori modo, methodo, & ratione quadam pro ingenij mei modulo perstringenda curaui. Nec verò infitias eo, quædam etiam num restare: neque enim in animo fuit omnia, quæ dici possent, complecti, quod esset operis infiniti, quia infinitæ sunt

facti

facti species, futuræque sunt, & tot sæculis nulla (vt ait Quintil.) reperta est causa, quæ sit tota alteri similis. Sapiat oportet Iudex, & vigilet, & inueniat, & iudicet, & consilium, & artem à se ipso petat, & non modo ita in exequendo suas debet adhibere vires, sed etiam in inueniendo similes modos, vt quæque conditio causæ, & reorum qualitas postulabit. Nos viam quandam, atque rationem complexi sumus, & ostendimus. Hanc igitur nostram bene de te merendi propensam voluntatem boni consulas, atque fauore tuo prosequare. Bene Vale.

ELENCHVS LIBRORVM, ET CAPITVM

THEORICAE, ET PRAXIS Interrogandorum Reorum.

LIBER PRIMVS.

INDEX
VERBORVM ET
RERVM OMNIVM,

Quæ in hac Practica Interrogandorum Reorum continentur.

Numerus primus, Librum; Secundus, Caput; Tertius, Numerum; Quartus, Paginam ostendit.

A

Ap-

Filij

H

**

L

M

Q

R

sisse

V

F I N I S.

FLAMINII CHARTARII I. V. C. VRBEVETANI,

THEORICAE, ET PRAXIS INTERROGANDORVM REORVM.

Liber Primus.

SVMMARIVM.

1 *Practicam interrogandorum reorum, qui nam ex Docto. poſuerunt.*
2 *Artem interrogandorum reorum Doct. non docuerunt.*
3 *Ars interrogandi, & examinandi reos ab acumine pendet ingenij.*
4 *Ars eſt dux certior, quàm natura.*
5 *Artes omnes in quem finem inuentæ ſunt.*
6 *Latrunculator perfectus eſſe non poteſt ſine vſu, & exercitatione.*
7 *Veritas à reo inuito ſummis artibus extorquenda eſt.*
8 *Fœlicitas interrogantis eſt extorquere, quod rei nolunt.*

PRAEFATIO.

De Neceſſitate Artis interrogandorum Reorum.

DEO OPT. MAX. AVSPICE.

QVAE ad praxim attinent interrogãdorum Reorum, nihil eſt nominatim à iure cautum, nec à Doctoribus, exceptis
1 quibuſdam, traditum. † Nam præter Eymericum in 3. par. Direct. inquiſit. in rub. obſeruanda ab Inquiſitoribus in examinatione Hæreticorum, & rubri. ſeq. & Franc. Pegnam. in annot. ibi ad eum ſchol. 19. & alijs nonnullis ſeq. Boſſium in tract. cauſar. crim. tit. de examinibus reorum, cum tit. ſeq. Petrum Foller. in pract. crim. in verb. & ſi comparent ante contumaciam examinentur. Iac. Nouel. in pract. crim. fol. 28. & Ioannẽ Mill. in pract. crim. fol. 83. & alijs ſeq. nullus alius, quem viderim, quicquàm
2 ex profeſſò ſcriptum reliquit: Et ij tamen nullam † artem interrogandorum reorum docuerunt: & multa prætereà omiſerunt, omniaque nulla ratione, forma, & Methodo tradiderunt, prudentiæ potius Iudicum tam ij, quàm qui nihil penitùs ſcripſerunt, ea relinquentes. Tota
3 † enim tractatio hæc verè prudentiæ eſt potiùs, quam artis: Nec huius rei quamuis utilis, & neceſſariæ vlla in ſcholis diſciplina, nec exerci-

tatio traditur,& naturali magis acumine,aut usu contingit hæc virtus, vt de testibus interrogandis admonet Quint.lib. 5.orat.insti.c.7. & de reis interrogandis Franc.Pegn.in annot.ad director. Inquisit. 3. par. schol.19.in princ.

4 Verùm cum & ars † quædam tradi possit,quæ est dux certior, quàm
5 natura,ut inquit Cicer.lib.4. de finibus. Artes † enim omnes in hunc finem inuentæ sunt(vt inquit R.P.Franc.Tolet.Doctor Theologus societatis IESV celeberrimus in introductio.in Dialecticam Arist.lib 1. cap.2.vt per eas operationes nostræ,quas per naturam non ita facilè, & perfectè præstare poteramus,absolutè,& exactè reddantur,quod in omnibus reperire est: homo enim potest scribere,pingere, luctari,texere,& itâ etiam iudex reos interrogare,sed id imperfectè,& non sine errore at si artem teneat, expeditius,& certius illa omnia exequetur, vnde ars rectè quicquàm faciendi,aut cognoscendi dicitur (vt inquit ille)promptitudo, facilem in his modum,formam,& Methodum præscribemus,& quo ordine commodissimè hæc sunt gerenda in gratiam Tyronum indicabimus,quos admonitos velim, quod finis, & vtilitas
6 huius nostri operis non est,vt eo perlecto † quisquàm illicò peritus in interrogandis reis dici possit, atque exercitatus latrunculator sine vsu,& exercitatione,sed vt certam,compendiariamque discat futuræ exercitationis uiam,quam ut mõstraremus pro uiribus laborauimus illius necessitatem considerantes.Cum enim rei pro viribus ueritatẽ vel abscondere,vel palliare conentur, non nisi ab inuitis veritas deli-
7 cti extorqueri potest. Vnde † summis artibus interrogantis opus est,
8 cuius † fœlicitas est extorquere quod ij noluerunt,ut admonet Quint. licet de testibus loquatur,lib.5.orato.instit. d. cap. 7. & sine arte uerè id assequi minimè potest.

SVMMARIVM.

1 *Rei citantur ad respondendum inquisitioni.*
2 *Rei capiuntur, quando fuga,& recessus timetur.*
3 *Rei super delicto,de quo inquiruntur, interrogantur.*
4 *Rei quàm primum examinandi sunt,vt noxius puniatur, & innocens absoluatur.*
5 *Examen rei per Notarium in actis redigi debet.*
6 *Examen reorum Constitutum appellatur,& quare.*
7 *Visum,& repertum dicitur visitatio cadaueris.*
8 *Interrogatio, quæ fit reis,dicitur examinatio, & quare.*
9 *Examino verbum significat perpendo,ueluti trutina quadam expendo.*
10 *Examino uerbum pro exquirere, æstimare, cognoscere sumitur.*
11 *Examinatio pro interrogatione, quæ fit reis, sumitur.*
12 *Interrogare testes, uel reos, non examinare iura dicunt.*
13 *Examinatio,& interrogatio reorum est de iure diuino.*

Quid

Quid sit reos interrogare, seu examinare, & de origine interrogandorum reorum. Cap. I.

1 REi † vel citati ad respondendum inquisitioni iuxta no. per Bar. in l. inter accusatorem. vers. pro declaratione. ff. de publ. iudic. Fely. in cap. licet in beato. 4. not. de accusat. Marian. Soci. in tract. de citat.
2 20. artic. in princ. q. 6. saepe comparentes, uel capti, quia recessus, † aut fuga timeatur, iuxta text. in l. nullus. C. de exhib. reis. & in l. fin. C. de custo. reo. & in l. 1. ff. eod. tit. Saly. in d. l. nullus. & in l. absentem. C. de accusat. Aug. de Malefic. in verb. iudex commisit. Marsi. in pract. crimi. §. constante. in princ. Franc. Pegn. schol. 18. col. 1. vers. rursus ubi. ad dire
3 ctor. Inquisito. 3. par. super † delicto interrogantur, seu examinantur, vt post Ang. & Ang. Aret. & Card. Alex. quos alleg. per Iul. Clar. lib. 5. sent §. fin. q. 6. vers. successiuè, & sciunt omnes. vt dicit Bosi. in d. tit. de
• exami. reor. in princ. Foller. in prac. crimi. in verb. & si comparent ante contumac. examinentur, prout examinari, & interrogari debent, ut demonstrat Io. Mille. in pract. crimi. fol. 146. nume. 23. & seq. & Foller. in d. loco nume. 13. & haec practica hodie seruatur communiter, ut fa-
• cta scilicet inquisitione etiam ex officio inquisitus interrogatur, & examinatur super ea. vt ex Ang. quem alleg. dicit Soci. in c qualiter, & quando. el ij. post nu. 949. de accusatio. qui subdit, quod haec practica sibi videtur rationabilis, & conformis iuri, licèt Docto. communiter
• teneant contrarium de iure, vt ibi per eum, & per Iul. Clar. lib. 5. sent.
4 §. fin. q. 45. vers. scies autem. Quod † quamprimum fieri debet, vt noxius puniatur, & innocens absoluatur, vt in l. 1. C. de custo. reo. aut ut conuictum uelox poena subducat, aut liberandos custodia diuturna non maceret. l. fin. C. eod. & admonet Io. Mille. in pract. crimin. fol. 84. de formula interrogan. reor. nu. 1. & diximus inf. lib. 3. c. 3. num. 46. Et
5 eorum † examen in acta per Notarium redigitur. iuxta c. quoniã contra. de probatio. & tradit Io. Mille nu. 4. d. loco. & Foller. ubi supra, nu.
6 4. cum alijs, ut infra lib. 3. cap. 2. num. 79. & 90. Et vulgò examen † hoc Constitutum appellant, vt dicit Iul. Clar. lib. 5. senten. § fin. q. 45. vers.
• scias autem; & sciunt omnes, hoc examen Constitutum appellari ex eo, quod initium examinis ita incipit, uidelicet. Constitutus per-
7 sonaliter N. & c. quemadmodum † visitationem cadaueris uisum, & repertum vulgò appellant, quia ita incipit relatio Notarij, quam facit de dicta uisitatione, eam in acta redigẽdo, ut apud Nouel. in pract. crimin. fol. 32.

Et interrogatio haec, quae reo fit à iudice super delicto, Examinatio
8 etiam dicitur, † quae ab Examine deflectitur, quòd uerbum † significat
9 perpendo, ueluti trutina quadam expendo. Plin. in epist. examina singula uerba, & expende. Cicer. 2. de orato. quae non Aurificis statera, sed quadam populari trutina examinatur. quia verò per hanc perpẽsionem quanti ponderis quaeque sit res exquirimus, atque cognosci-

10 mus, inde † fit vt pro exquirere, æstimare, cognoscere sumatur, ut in l. minor. §. 1. ff. de minor. & l. ordine. ff. ad municip. l. 1. §. 3. ff. de abige. l. 2. & 3. in prin. ff. de testi. l. 1. §. 1. ff. de quæstio. & l. 4. §. vlt. ff. de re milita.
11 Hic † autem pro interrogatione accipitur examinatio, quia per interrogationē à reis, vel à testibus veritatē exquirimus. ita Petr. Vēdr.
12 in addit. 1. ad repert. Inquisi. in verb. examinatio. Sed † interrogare, non examinare testes, uel reos dicitur à Iureconsultis. l. 3. §. idē diuus. ff. de testi. & l. sæpe. ff. de quæstio. l. 7. ff. de testib. & in vlti. legibus. C. de quæst. & interrog. actio. quod & obseruauit Pet. Vendr. in d. loco.
13 Est autem † interrogatio, seu examinatio hæc, per quam veritatem Iudex exquirit, de iure diuino, vt æxistimant Franc. Caso. in pract. cri. tit. de tormentis. c. 6. n. 5. & post eum Vmbert. Locat. in opere inquisitorum. in verb. interrogatio. vers. 2. vt in exemplo (quo illi utuntur) Danielis in testibus contra Susannam. Et Deus omnipotens interrogauit, Adam vbi es? vt Genes. cap. 3. vt etiam interrogauit Cain, qui Abel fratrem suum occiderat, vbi est Abel frater tuus? Genes. cap. 4. & Abimelech dixit ad Isach, perspicuum est, quod vxor tua sit: cur mē titus es, sororem tuam esse? Genes. cap. 16. & Caiphas, & Pilatus interrogauerunt Iesum Christum Saluatorem nostrum à Scribis & Pharisæis delatum & accusatum, vt Matth. cap. 27. Marc. cap. 14. Luc. cap. 23. & Ioan. cap. 18.

SVMMARIVM.

1 *Interrogantur rei iustè, & quando.*
2 *Interrogari rei non debent non constito de corpore delicti, quia tunc ligatæ sunt manus Iudicis.*
3 *Captura concedi non debet non constito de corpore delicti, nisi de fuga suspicetur.*
4 *Inquisitio specialis formari non potest, non constito de corpore delicti. Citari reus non debet, non constito de corpore delicti, ibid.*
5 *Interrogari rei non debent non præcedentibus indicijs, & quare.*
6 *Probationes sumere de domo rei probibitum est de iure ad fisci intentionem fundandam.*
7 *Probationes sumere de domo rei est permissum ad fisci intētionē coadiuuādā.*
8 *Reus iniustè à Iudice interrogatus respondere non tenetur, nec etiam respondendo dicere ueritatem: secus, si iustè interrogatus est.*
9 *Iudex ex officio procedere potest in criminalibus etiam absente accusatore.*
10 *Litis contestatio an necessaria sit in criminalibus, & quando, & quō fiat.*
11 *Litis contestationē inducit responsio rei, quam facit ad Iudicis interrogationē.*
12 *Clericus à Iudice laico interrogatus, an respondere teneatur.*
13 *Reus non potest examinari, quamuis respondendo inquisitioni negauerit.*
14 *Reus tenetur Iudici respondere, etiam si de crimine non præcedit diffamatio.*

De iusta Reorum interrogatione. Cap. II.

1 ET † iustè quidem Rei interrogantur, vt habetur toto tit. ff. & C. de quæstio & in not. tex. in l. diuus. ff de custo. & exhibit. reorũ. versi. sed & caput, & ibi glo. in verb. de socijs. & habetur per Boss. in tractat. caus. crim. tit. de examinibus reorum. in prin. & nu. 5. & de consuetudine obseruatur, vt post Ang in l. si vacantia. C. de bon. vacan. lib. 10. habetur per Ang. Aret. de Malefic. in verb. hæc est quædam inquisit. n. 54.
2 Si † tamen constat de corpore delicti, & indicia contra ipsum reum præcesserint: Nam si de corpore delicti non constaret, ligatæ sunt manus iudicis, vt reum interrogare non possit. Marf. conf. 12. nu. 34. conf. 14. nu. 15. & confi. 18. n. 4. & diximus in Metho. process. informat. lib. 1.
3 cap. 1. n. 14. Quinimò nec † ad capturam rei iudex progredi deberet, si de eius fuga non suspicaretur, nisi prius de corpore delicti constaret, vt per Boss. in d. tract. caus. crim. tit. de delicto. in fi. & alios, quos in d. loco Method. process. informat. congessimus, licet generalis consuetudo sit, quod iudex detinet reum accusatum, licet nulla præcedant indicia, quando pœna sanguinis imponenda esset pro crimine, de quo ille imputatur, vt dicit Paul. de Cast. in consi. 328. nu. 1. lib. 2. & ita Romæ seruant iudices habita relatione alicuius exploratoris de aliquo graui delicto commisso per aliquem, vt dicit Ant. Scap. lib. 5. iur. non
4 scripti. cap. 53. nu. 3. vt † nec ad inquisitionem specialem procedi pôt, & ita nec ad citationem, nisi constet de corpore delicti, vt etiã ex plu
5 ribus diximus in d. loco. nec † constito ẽt de corpore delicti ad interrogandos reos procedi de iure debet, nisi etiam præcedant indicia, vt dicit Boss. in d. tit. de examini. reor. nu. 6. subdens, quòd ipse nunquam vidit aliquem citari, ut examinaretur sine aliquibus indicijs, vel suspitionibus. nec fit, nec fieri debet; quia (vt inquit) nimis magna daretur materia iudicibus vexandi homines; & certè impossibile uidetur, ut si præcedunt indicia, quòd per examen reorum initium sumatur probationis ab ipsis reis, vt post Boss. animaduertimus in d. Method. process. informat. lib. 3. cap. 13. nu. 118. quando enim non præcedunt indicia, curia, & fiscus uidetur de domo rei, idest ex eius ore confessionem extorquendo, sumere probationem ad fundandam ipsius intentionẽ,
6 quod † est de iure prohibitum. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. quem tex. ita intelligit Boss. in d. tit. de examinibus reor. nu. 9. quando verò præcedunt indicia, non est sumere initium probationis de domo rei, sed est interrogando reum præcedentem fisci probationẽ co
7 adiuuare ex ore rei, quod † licitum est. l. fin. & ibi glo. & Doct. maximè Bald. C. de eden. & probat tex. in d §. tormenta. secundũm Boss. vbi su-
8 pra. & iniustè, non † præcedentibus scilicet indicijs, reus à iudice interrogatus respondere non tenetur, vt ita uniuersaliter dicit S. Thom. 2. 2. c. 69. art. 2. nec ille tenetur detegere se ipsum, iureq; potest verborũ obscuritate, & amphibologia interrogãtem eludere, vt latè per Sot.

in

in tract.de ratio.detegen. vel tegen.secretum.3.memb.q.1.2.& 3. Prout iustè interrogatus tenetur se ipsum detegere, nec iure potest verborum obscuritate, & amphibologia iudicem interrogantē eludere, vt per eundem Sot.in d.locis.& D.Alphons.in pract.crimi.cano.lib.3 ca. 17.conclus.1.& 2.cum alijs infra alleg.cap.2.in princ. lib. 3. & diffusè post priorem huius nostræ praxis editionē rem hanc pertractat F. Michael Salon in commentar.in disputationem de iustitia in 2.2. D.Th. tom.1.q.69.art.1.& 2.

9 Et † responsio, quam reus facit ad iudicis interrogatio nem, litis cō testationem inducit, etiam absque eo, quod pars aduersa sit præsens, & hoc etiam si procedatur ad instātiam partis.& ita seruatur in practica: vt attestatur Bar.in l.is, qui reus.nu.4.ff.de pub. iudic. quem refert Aret.consi.58.nu.7.& Apostil.ad Ang.de Malefic. in verb. hæc est quædam inquisitio post nu.67.& ambos refert Iul.Clar.lib.5.sent.c.fi: 10 q.45.vers.& in primis. Nam † in criminalibus etiam absente accusatore potest iudex ex officio procedere,& interrogare, vt dicit idē Iul. Clar.in d.loco post Bal.in.l.1.nu.34.C.qui accusare non poss.qui sub- 11 dit, quod ita seruat practica: tametsi, nūquid in † causis criminalibus necessaria sit litis contestatio, varij varia dixerint: Aliqui enim dixerunt, quod sic,& hanc opin. attestatur esse communem Maria. in cap. qualiter,& quando.nu.22.de accusatio. Alij vero dixerunt, quod, quādo proceditur ad instantiam partis, necessaria est litis contestatio: secus autem, si ex officio procedatur, & hanc dicit esse communem opi. Abb.in cap.cum dilectus.nn.2.de purgat.cano.Blanc.autem in pract. crim.fol.6.nu. 36. dicit, quod hodie de consuetudine in criminalibus lis non contestatur, sed, vt diximus, responsio rei ad iudicis interrogationem litis contestationem inducit.

Et si reus respondere noluerit, respondere cogitur pluribus modis 12 de quibus infra diximus lib.3.cap.1.nu.1. Et † an ex eo, quod reus se clericum asserat, respondere iudici seculari iustè recuset, ponit Io.Mil. in pract.crim.fo.94.in verb.fori præscriptione.n.5.& 9.qui tenet, quod iudex secularis potest eum cogere ad respondendum, etiam si esset sacerdos, quia fieri potest, quod iure clericali priuetur aliquibus in casibus,& subdit, ita decisum fuisse Parisijs. & Milleium refert Foller.in pract. crim. in verb. & si comparent ante contumaciam examinētur. nu.9. qui dicit id esse notandum, & pluries vidisse seruari in Magna Curia, & in alijs tribunalibus, quod tamē detestādum esse, minimeq; seruandum censeo, nisi adsit Romani Pontificis licentia, & in casibus a iure permissis. Siue certum sit, siue dubium, reum esse clericum. Si.n. certum esset, reum esse clericum, quemadmodum is à iudice laico iudicari non potest.c.cum non ab homine.c.at si clerici. ca. qualiter.de iudic.c.si diligenti.& c.significasti.de foro compet.c.continua. c.placuit c.clericum nullus.11.q.1.c.denique.96.dist. c. si iudex laicus. de sent.excom.in 6. Auth.statuimus.C.de episc.& cleric. Auth. vt clerici apud proprios episcop.collat.6. Alex.consi.8.in princ.& nu.11.vol.1.

Gram.

Gram.vot.28.nu.7.& decis.29.& decis.61.Rolan.à Valle conf.12.n.34. & seqq.vol.2.& conf.4.nu.6,& seqq.vol.1.conf.25.nu.6.& seqq.volu. 2. Gigas.in trac.de crim.læsæ maiest.lib.1.tit.quis de crim.læsæ maiesta cognosc.pos.q.1.nu.12.& seqq.Idem Foller.in pract. crim. in verb. au diantur excusatores.nu.38.& seqq.& idem Mille.in d.loco. n.1. & seq. & alij vbique.& dicit Couar.practic. quæst.cap.31.nu. 2.sub versi.Tertia conclusio, quod totus ferè orbis Christianus in hanc clericorum exemptionem à seculari iurisdictione propter publicam utilitatem consensit.

Ita nec examinari,& interrogari poterit ad finem criminis indagã di:quia quemadmodum iudicando personam clerici tangere non potest,ita neque hoc sententiæ præambulum,vt ab illo eius persona tangatur,ad finem indagandi criminis exercere potest.vt not.glo. in d.c. at si clerici.de iudic.& ita late per eam & alia consuluit Ant. de Butr. in consi.80.& ideo bene dicit Bal.in d.c.at si clerici. quod confessiones clericorum coram Iudice laico apud acta scribi non debent,& merito ideo subdit, reprehensione dignos esse eos iudices & potestates terrarum,qui clericos coram se confessos ad episcopos mittunt cum actis,cum tales confessiones apud acta scrita nõ debent. vt ibi per eũ, quem refert,& sequitur Barba.in consil.45.in prin.vol. 2. Et in Bulla Pij V. lecta in die Cenæ Domini anno 1568. excommunicantur, & anathematizantur omnes Magistratus,Senatores,Præsidentes,Auditores,& omnes alij iudices quocunque nomine vocentur,ac Cancellarij,Vicecancellarij,Notarij,Scribæ,ac quicunque executores,& sub executores, omnesq; alij,qui quoquomodo se intromittunt in causis capitalibus,seu criminalibus,contra personas ecclesiasticas,non solũ sententias contra illos proferendo, vel exequendo, sed etiam eas capiendo, & processando, etiam prætextu quorumcunque priuilegiorum à Sede Apostolica concessorum quibuscunq; Regibus, Ducibus, Principibus,Rebuspub. Monarchis, Ciuitatibus, & alijs quibuscunq; Potentatibus quocunque nomine censeantur. quę disponit,illis in aliquo suffragari non posse, nec debere, reuocando prædicta priuilegia per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores, & Sedem Apostolicam sub quibuscunque tenoribus,& formis,ac quouis prætextu, vel causa concessa:illaque irrita,& nulla,ac nullius roboris, vel momenti fore,& esse decernendo. Cuius Bullæ meminit Fran. Viuius in suis cõmun. opin.405. Iudex Laicus. qui ex ea propterea admonet seculares iudices,quod sicut ab igne caueant,vt se ingerant,ac intromittãt aliquo modo in causis criminalibus clericorum, & aliarum ecclesiasticarum personarum.

Et de fide Foller. attestantis vbi supra de dicta obseruantia Magnæ Curiæ Vicariæ,& aliorũ Regni tribunali ũdubitarì potest ex eo,quod dicit Carauit super Rit.235.nu.19.qui attestatur,quod licet sint multi casus,in quibus de iure iudex secularis potest contra clericos procedere,& cognoscere, qui enumerantur per Cæsarem Perrinum in d.

Ritu in commentar.Cauenf.& per Guliel.Bened.Stephan. Aufre.Caffan.& Marant.in locis ibi per eum relatis,& per alios etiam alibi. in Regno tamen non funt in obferuantia, ftante maximè conuentione inita inter Sanctã Romanam Ecclefiam & Regem dicti Regni,vt clerici ad fecularia iudicia non trahantur,nifi pro bonis feudalibus. vt patet per c.Regni. item ftatuimus,quod clerici ad fecularia. Vel reftringenda eft,quoad clericos primæ tonfuræ,& minorum ordinũ,non ex eo,quod iudices feculares iurifdictionem habeant in clericos, nullam enim habent,vt fupra diximus,fed ex extrauaganti Clem.VII.edita per ipfum Clem.ad fupplicationem Caroli V. quæ difponit, quod Clerici in minoribus ordinibus conftituti non incedentes in habitu, & tonfura, & alia iuxta canonicas fanctiones non obferuantes, tam quàm laici fint curiæ feculari fubiecti,& à iudice feculari vfque ad vltimum fupplicium puniri posfint,nulla alia fuper hoc declaratione requifita. Quæ quidem extrauagans obferuatur in omnibus ipfius Regni partibus,præterquã in Ciuitate,& Dioecefi Neapolitana,cũ deinde à Romano Pôtifice obtẽtum fuerit,quod Ciuitas,& dioecefis Neapolitana,& clerici primæ tonfuræ, minorumque ordinum in ea exiftẽtes fub tali extrauaganti non comprehenderentur. Vnde Magna Curia ipfos clericos primæ tonfuræ.& minorum ordinum remittere cõfueuit de dioecefi Neapolitana ad Vicariũ Neapolitanum: fed eadem Magna Curia in reliquis Regni partibus antedictam extrauagãtem obferuent, nec ita remittit ipfos clericos primæ tonfuræ, & minorum ordinum ad iudices ecclefiafticos. fi credimus Alberico Oliuæ, qui hæc omnia referens ita atteftatur in Rit. Archiepifcopalis Ecclefiæ Neapolitanæ in Rit.37.fub n.3 & ex eo,quẽ refert Franc. Viui. cõmu. opin.106.& de clericis primæ tõfuræ, & minorum ordinum habemus hodie Concil.Trident.Seff.23.cap.6.de reformat.quod ftatuit,& ordinauit,quod prima tonfura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus conftitutus,fori priuilegio non gaudeat,nifi beneficium ecclefiafticum habeat,aut clericalem habitum,& tonfuram deferẽs alicui ecclefiæ ex mandato Epifcopi inferuat, vel in Seminario clericorũ, aut in aliqua Schola,vel Vniuerfitate de licẽtia Epifcopi verfetur. In Clericis verò coniugatis mandat feruari conftitutionem Bonifac. IX. de qua in c.1.de cleric. coniug.in 6. modo hi clerici alicuius ecclefiæ feruitio,vel minifterio ab Epifcopo deputati,eidem ecclefię feruiant, uel miniftrent.& clericali habitu, & tonfura utantur, nemini, quoad hoc, priuilegio, vel confuetudine etiam immemorabili fuffragante. Cuius conftitutionis meminit etiam Viui.in d.commu.opin.106. admonens clericos,ne antiquis freti Ecclefiæ conftitutionibus dicti Cõcilij Tridentini obliuifcantur, & fori priuilegium ita amittant, & à iudice feculari iudicentur. & quoad omnes clericos habemus d. bullam Pij V. in cena Domini, quæ prohibet omnibus iudicibus & magiftratibus fecularibus, ne contra clericos fe intromittant, procedant, eofque iudicent in caufis criminalibus quoquomodo, etiam fub prætextu

textu quorumcumque priuilegiorum à Sede Apostolica concessorum, quæ irrita,& nulla,ac nullius roboris, uel momēti fore & eē decernit.

Si uerò dubitaretur,& controuersia ita esset,num reus sit clericus, & quatenus clericus,an clericale priuilegium amiserit,& ita à quo iudice puniri possit,certè talis quæstio iurisdictionis per iudicem ecclesiasticum,non etiam per secularem cognosci,& decidi debet. tex. est in d.ca.si iudex laicus.& ibi doct.de sent.excom.in 6.Rot.decis.3.alias 202.de sent.excom.in no. Frāc.in c.1.col.3.de cleric.coniugat.Fulgo. cons.123.col.2.Alex.cons.8.col.pen. versic. & cognoscere,an sit clericus.lib.1.Alex.de Neuo consi.56.nu.16.& cons.59.nu.24. & seqq. Cæpo.consi.crim.10.nu.6.& seq.& cons.11.nu.2.& seq.Boss in tract.caus. crim.titu.de foro compet.num.151.& 155.Couar. qui de cōi testatur pract.quæst.cap.33.nu.1.Iul.Clar.qui testatur de magis communi lib. 5.sent.§.fin.q.36,vers.dixi clericum.& dum ita super controuersia huiusmodi iudex ecclesiasticus cognoscit, iudex secularis supersedere debet,vt per Cæpo.Rolan.à Valle, & Couar. in locis supra citatis. & Calcan.consi.71.in prin.& ita etiam in examine supersedendum erit, quia solum interim reus detinetur,nec aliter in persona molestari potest.Calcan.in d.cōsi.71.in prin.& dicit Fulgos.d.cons.123.col.2.quod iudex secularis supersedere dēt omni processu, donec iudex ecclesiasticus de exceptione causa cognita iudicauerit,& habetur etiam per Ant.de Butr.in d.cons.80.vbi concludit, quod iudex secularis non potest se intromittere de clerico inquirendo de delicto, neque ad finē, vt pæniteat,quia non est suus iudex,neq; ad finem.ut cognoscat ueritatem delicti ad quē spectet cognoscere, & potest testibus & aliis modis inquirere non tangendo personam clerici;quinimo nec de mandato iudicis ecclesiastici,qui ut inferior à Papa causam criminalem clerici committere non potest iudici seculari, nec eius præambulum, ut ab illo eius persona tangatur ad finem criminis indagandi.ut ibi per eum. Si ergo clerici examinari,& interrogari non possunt à iudice seculari per ea,quæ supradicta sunt,sequitur, quod neq; etiam cogi possunt ad respondendum,& quod ita iuste respondere .recusant,quia iniustè interrogantur.per id,quod infra diximus li b3. cap. 2. num.1.& seq.& nu.12.& seq.

13 † Nec ex eo reus laicus iustè recusat respondere, quia respondendo inquisitioni iam negauerit. Nam quamuis secundùm dispositionem iuris communis , si reus compareat, & neget,nō sit ulterius examinādus, sed recipiuntur testes , & ad ulteriora proceditur ad perfectionem processus: vt est communis opin. Doct.vt dicit Maria. in ca. qualiter,& quando.post.nu.217.q.75. in fin. hodie tamen contrarium seruatur de consuetudine. Nam si facta inquisitione reus comparear, & neget,nihilominus super ea interrogatur,& examinatur,& ita communiter in practica seruari attestatur idem Maria.in loco prælleg. quem refert Iul. Clar.d. q. 45. vers. scias autem. de quo & infra lib.3. cap.2.num.1.

14 Item † nec reus poterit dicere, nolle respondere, quia non præcedit diffamatio de crimine. Nam licet aliqui dixerint, quod quando nulla præcedit diffamatio de crimine, non tenetur reus respondere, vt relatum est per Doct. in d. cap. qualiter & quando. el ij. & in c. 2. de confess. & Doctores ita communiter concludunt, ut attestatur Card. Alex. in c. de accusatione. col. 37. post med. 2. q 8. & diximus infra lib. 3. cap. 2. nu. 13. nihilominus indistinctè seruatur, quod reus super ipso crimine iudici respondere teneatur, vt dicit Iul. Clar. in d. vers. scias autem. Non etiam dicere poterit, nolle respondere; quia iam conclusum est in causa, & sunt publicatæ attestationes; quia iudex etiam post conclusum in causa reum accusatum interrogare potest. vt per Alex. cons. 77. num. 9. lib. 1.

S V M M A R I V M.

1 *Finis Iudicis interrogantis reum.*
2 *Officium Iudicis interrogantis reum. & nu. 6.*
3 *Officium considerat, quid fieri, finis autem, quid officio conueniat.*
4 *Medici officium est curare apposite ad sanandum, finis aūt curatione sanare.*
5 *Officium oratoris quale sit.*
6 *Officium Iudicis interrogantis reum, est, debitè, & prudenter illum interrogare, finis, ut debitis interrogationibus ueritas extorqueatur.*
7 *Materia artis interrogandorum reorum quæ sit.*
8 *Rei in duplici sunt genere: aliqui enim uolentes, aliqui inuiti ueritatē dicūt.*
9 *Interrogandi reos uarius est modus, secundùm qualitatem reorum.*
10 *Rei, qui fatentur, sunt statim interrogandi de eo, quod substantialiter probandum est.*
11 *Rei, qui inuiti ueritatem dicturi sunt, summa arte sunt examinandi. & nu. 13.*
12 *Iudicis reos interrogantis fælicitas est, extorquere quod ij noluerunt.*
14 *Reorum totum studium est, & cura, ut euadant, & non deprehendantur, nec conuincantur.*
15 *Rei longius repetita interrogatione examinandi sunt.*
16 *Prudentia maxima esse debet in Iudice reum interrogante.*

De officio, & fine Iudicis iustè interrogantis. *Cap. III.*

1 Finis autem † Iudicis reum interrogantis est, vt ab eo ueritatem
2 extorqueat: officiū uerò † est, vt talibus vtatur interrogationibus,
3 quibus talis cognitio veritatis delicti obtineatur. In officio † enim (vt inquit Cic. lib. 1. de Inuent.) quid fieri, in fine quid officio conue-
4 niat, consideratur: sicut Medici † officium dicimus esse curare appo-
5 sitè ad sanandum, finem † curatione sanare. Et Oratoris officium esse intelligimus id, quod facere debet, illud cuius causa facere dēt, finem
6 appellabimus, vt inquit Cicer. in d. loco. Ita † officium Iudicis interrogantis est debitè, & prudenter reum interrogare, finis autem, vt debitis, & prudentibus interrogationibus confessionem delicti extorqueat.

7 queat. Materiam † artis eam dicimus, vt subdit Cic. in d. loco, in qua omnis ars, & facultas, quæ conficitur ex arte, uersatur, ut si medicinæ materiam dicamus morbos, ac vulnera, quòd in his omnibus medicina uersetur; itē quibus in rebus uersatur ars, & facultas oratoria, eas res materias artis Rhetoricæ nominamus. Ita etiam materiam artis interrogandorum reorum appellabimus delictum ipsum, ac indicia, præsumptiones, & coniecturas, quibus delinquens conuincitur, quòd
8 in his rebus ars omnis uersetur interrogandorum reorum. Qui † in duplici sunt genere: quidam enim manifestè tales sunt delinquentes, & facilè, & manifestè etiam delictum fatentur: Quidam uerò sunt, qui suum delictum pandere nolunt, sed potius cautelosis, & falsis responsionibus, prout possunt, abscondunt, & palliant, ita ut non nisi ab in-
9 uitis veritas delicti extorqueri possit. uariusque † propterea est in-
10 terrogandi modus: qui † enim delictum fatentur, diutius tenendi nō sunt: sed statim de eo, quod substantialiter probandum est, interrogādi
11 sunt: qui † verò inuiti uerum dicturi sunt, summis (vt supra diximus in
12 præfatio. in fin.) artibus interrogantis opus est, cuius † fœlicitas est extorquere, quod ij noluerint, vt in testibus interrogandis admonet Quint. lib. Orato. instit. c. 7. & diximus in Method. process. inform. lib. 5. c. 2. n. 38. c. versi. circa interrogationes substantiales, & in reis admonet Direct. Inquis. par. 3. r. 87. & ideo qui delictum fatentur, statim (vt diximus) interrogandi sunt de omnibus, quæ substantialiter probāda sunt; & quoniam delictum, quod fatentur, aliquibus rationibus, excusationibusque defendere sæpè ij conantur, à suis rationibus, & excusationibus, si falsæ sunt, & falsæ ex processu reddantur, sunt per Iudicem
13 solertem suis prudentibus interrogationibus reuocandi: non † ita quo ad alios, quos valdè difficile est examinare, & eorum delictum detegere, procedendum est: sed in eorum interrogationibus, & examinatione multum prudenter, & sagaciter agere oportet, & ad eorum cautelosas, & cauillosas responsiones attendere, eorum versutias conside-
14 rando: quia † totum eorum studium, & cura est, vt euadant, & non deprehendantur, nec conuincantur, vt admonet Direct. Inquisi. de Hæreticis loquens. d. 3. part. nu. 87. valet igitur in interrogatione plurimū acumen, quod sine dubio ex arte non venit, natura. n. non docetur, arte tamen adiuuatur, vt dicit Quintil. Orat. institu. lib. 6. cap. 5. longius
15 † igitur interrogatione repetita interrogandi sunt: respondebunt. n. quæ nocere causæ non arbitrabūtur, & ex pluribus deinde, quæ confessi erunt, eo perducentur, vt quod dicere non uolunt, negare non possint, ut admonet idem Quint. licet de testibus loquatur. d. cap. 7. lib. 5. Orat. insti. vt meritò dixerit Franc. Pegn. in annot. ad Direct. Inquisi. 3. par. in prin. Schol. 23. quod, ut Iudex cōmodè hoc suum exerceat offi-
16 cium, prudētia inter alia opus est, quæ † in eo debet esse maxima. qua de re latius inferius dicemus cap. 1. lib. 3.

Libri Primi finis.

FLAMINII CHARTARII I·V·C· VRBEVETANI,

THEORICAE, ET PRAXIS INTERROGANDORVM REORVM,

Liber Secundus.

SVMMARIVM.

1 *Præcautio omnis Iudicis reos examinantis in quibus consistat.*
2 *Iudex reum uolens examinare Dei opem apud ipsum in auxiliũ inuocare dẽt.*
3 *Iudex à peccatis abstinere se debet, vt, quod optat, obtineat.*
4 *Iudex animæ robur ab alijs negotijs ad opus aliquod agendum reuocare, & in unum, quod proponitur, intendere debet.*
5 *Iudex quæ uitare debet in uero extorquendo à reo.*
Mentem alio deflectere quæ faciant. ibidem.
6 *Iudex excandescere non debet contra reos, quos malos putat; nec precibus calamitosorum debet illacbrymari.*
7 *Iudicis constantis, est reis non est, cuius animi motum vultus detegit.*
8 *Iudex debet reis vultum ostendere terribilem, dum eos interrogat, & quare.*
9 *Iudex reperta delicti ueritate, in iudicando cum aliquo benignitatis temperamento procedere debet.*
10 *Iudex reos à se interrogandos in eius familiaritatem admittere non debet.*
11 *Familiaritas qualis sit, quam lex in Iudices desiderat erga subditos.*
12 *Contemptio dignitatis nascitur ex conuersatione æquali.*
13 *Iudex quantum potest, debet reos interrogare clare, & apertè in singulis interrogationibus, singulas non plures res proponendo.*
14 *Iudex dubias rei responsiones, & obscuras non debet admittere, sed cogere eum debet ad declarandum.*
15 *Interrogatio circumspecta esse debet erga reum, qui uerba contra Iudices uenustè sæpè respondent.*
16 *Iudex cum reo, quem interrogat, disputationem ne ineat, sed propositum semper teneat, & ad institutum eum reuerti compellat.*
17 *Cautelis uti an liceat Iudici reum interroganti, & quibus.*
18 *Cautelæ deceptoriæ quãuis afferant Iudicibus honorem in hoc sæculo, in alio tamen ædificant ad gehennam.*
19 *Cautelarum genera duo sunt. Quædam deceptoriæ, & in malum finẽ directæ, & ad decipiendum aptæ, quæ nusquàm usurpari debent. Aliæ sunt laudabiles, & indiciariæ pro ueritate inuestiganda.*
20 *Cautela illa est laudabilis, in qua solum ratio agit, & furor sibi nihil uendicat.*

21 *Salomon qua cautela vsus fuerit ad inuestigandum ueritatem de filiatione uera à diuersis matribus petiti infantis. & nu. 46.*

22 *Cautelis pro inuestiganda veritate an uti liceat in sacro inquisitionis officio. & num. 25.*

23 *Promissione impunitatis an liceat à reo extorquere confessionem. & n. 38.*

24 *Iudici uero, & bono uiro, qui ueritatis amantissimus esse debet, connenit uitare, ne reum fraude illaqueet.*

26 *Inquisitores in remittendis pœnis, & temperandis ampliorem, quàm cæteri Iudices, habent facultatem.*

27 *Pœna à lege statuta imponi debet.*

28 *Promissio impunitatis fieri reo non debet ad extorquendam confessionẽ, quando constaret delictum non esse uerum, uel alium deliquisse.*

29 *Promissio impunitatis etiam facienda non est, quando ex circunstantijs, & indicijs de ueritate constare non posset, & reus confessionem reuocaret.*

30 *Promissione impunitatis licitè potest extorqueri confessio à reo, quando cõstat aliàs uerè illum delictum commisisse.*

31 *Delictum non debet remanere impunitum.*

32 *Fides in male promissis seruare non debet.*

33 *Promissio, quæ fit reo, impunitatis, est contra publicam vtilitatem.*

34 *Bannitum potest Iudex decapitare, quamuis saluum conductum ei dederit.*

35 *Dolos, & fraudes aduersus delinquentes instrui lex permittit.*

36 *Non curamus de modo, dummodo habeamus effectum.*

37 *Torquere reos Iudici licet fame, & uigilia afficere ad extorquendã ueritatẽ.*

39 *Promissionem impunitatis an Iudex seruare debeat, & quomodo.*

40 *Fides etiam inimicis præstita seruanda est.*
Ius naturale uiolare non licet. ibid.

41 *Iuramentum, & fides æquiparantur.*

42 *Iuramentum seruandum est, ubi potest sine interitu salutis æternæ.*

43 *Fidem reo datã de impunitate, si fateatur, in foro conscientiæ uiolare nõ licet.*

45 *Fidem seruare an Iudex debet reo, quem sub promissione impunitatis extraxit de Ecclesia.*

47 *Claudius Cæsar qua cautela coegit mulierem ad confitendum, quendam esse suum filium, quem suum esse filium negabat.*

48 *Carolus Magnus qua cautela coegit patrem ad confitendum delictum, & propriam culpam, cum illius etiam filius de eo imputaretur, & quis eorum commiserit, ignoraretur.*

49 *Andr. Tiraquelli memoriæ lapsus.*
Carolus Secundus alter est à Carolo Magno primo huius nominis Imperatore, & Gallorum Rege. ibid.

50 *Simulationibus Iudex uti non debet erga reos, quæ non solent in optimam partem cadere.*

51 *Reus fictè ductus ad supplicium fictionem ignorans, dum in iudicio animæ interrogaretur obijt, & simulatio malè cessit.*

52 *Filius, qui erat innocens, condemnatus tamen fictè una cum patre ad supplicium ductus, uisa morte patris, timore illico obijt.*

53 Capi-

53 *Capistranus magnus fisci patronus in ciuitate Neapolis, quia simulatio, qua uti uoluit erga reos, malè sibi cessit, Religionem S. Frãcisci ingressus est, & summus uir euasit.*
54 *Suggestio à Iudice interrogante reos omnino uitanda est.*
55 *Confessio per suggestionem extorta non ualet.*
56 *Institutio hæredis an ualeat si facta sit ad interrogationem Notarij.*
57 *Hæredes palam à testatore ore proprio nominandi sunt.*
58 *Testamentum ualet factum ad interrogationem Notarij etiam in specie interrogantis.*
59 *Nisi testator ualde ab infirmitate turbatus esset.*
60 *Carcer est mala mansio, & morti æquiparatur.*
61 *Confessio à carcerato extorta metu tormentorum extorta dicitur.*
62 *Confessio in tortura dicitur extorta per suggestionem, quando reus in specie interrogatur.*
63 *Dolor in torto maior est, quàm sit utriusque manus abscissio.*
64 *Reus indicijs præcedentibus in specie interrogari potest, nec tunc confessio, quæ sequitur, dicitur extorta per suggestionem.*
65 *Iudex cauere debet, ne reo in primis, & ante omnia legat titulum criminis, testiumque depositiones.*
66 *Testi titulus legendus non est, ne lectio falsa, & praua ei repetatur: & Iudices reprehenduntur, qui secus faciunt.*
67 *Iudex interrogando reum: uel in genere, uel in specie, cauere debet, ne aliquam ei exprimat, circumstantiam, aut qualitatem.*
68 *Reus in genere est interrogandus, an maleficium cõmiserit, in qua parte corporis, in quo loco, qua die, qua causa, quomodo, & quibus armis.*
69 *Suggestio cauenda est à Iudice, tam quandò reum interrogat de se ipso, quam quando de socijs.*
70 *Suggestio quando euitetur interrogando reum de socijs.*
71 *Reus interrogari potest in specie de socijs, contra quos adessent indicia.*
72 *Iudex interrogando reum non debet esse nimis molestus ea percunctans, quæ parum ad rem faciunt.*
73 *Reus delinquens, qui liberè cœpit confiteri, interrumpendus non est.*
74 *Reus quandoque ex seipso suis responsionibus ducit Iudicem in uiam indagandæ ueritatis.*
75 *Iudex in interrogandis, & examinandis reis ualde sollicitus, & diligens esse debet.*
Reorum cura est, occultare crimen, fingere sanctitatem, fictas emittere lachrymas, & simil. ibid.
Et Iudex propterea prudens esse debet.
76 *Interrogari reus non debet extra id, de quo est inquisitus.*
77 *Iudex quomodo cautus esse debet, quando à reo uult confessionem extorquere, fingens scire ueritatem totius facti. & nu. 81.*
78 *Mendacium nullum reo per Iudicem dici debet.*
79 *Mala non sunt facienda, vt ueniant bona.*
80 *Mentiri semper est illicitum.*

82 *Punienda sunt delicta, & diligentia debet adhiberi, ut ueritas delicti detegatur, & seruato iuris ordine.*

83 *Iudicum est laudanda sollicitudo in inuestigandis, & coercendi sceleribus, sed magnopere detestanda est consuetudo, vt illicita quæque committant ad veritatem eruendam.*

De præcautionibus obseruandis à Iudice respectu sui ipsius. Cap. I.

POstquam diximus de iusta Reorũ interrogatione, & de fine Iudicis interrogantis, eiusq; officio, ex ordine de arte interrogandi reos, qua officium hoc commodissime exerceri, & ad finem perueniri possit, dicẽdum est. Sed non inutile erit prius aliqua in uniuersum ab interrogante obseruanda, præcauẽdaq; differere. Præcautio
1 † autem consistit in cura, & consideratione sui ipsius, rei propositæ, & personarum Reorum.

2 Cura † suijpsius consistit primum respectu personæ ipsius Iudicis, deinde respectu ipsarum interrogationum. & quod attinet ad personam ipsius Iudicis interrogantis, cura erit, vt, primum Dei opẽ apud ipsum in auxilium inuocet: Vniuersa.n.ita bene gerentur, & bonum initium, melius mediũ, & optimus finis sequetur, vt in auth. quomo'. oport. episco. in princ. & in auth. de armis in princ. Bar. in prima con
3 stit. ff. veteris. nu. 1. Deinde † vt à peccatis animam mundam, corpus ab impuris & contaminatis actionibus quoad fieri poterit liberũ ha-
4 beat, vt quod optat obtineat. Tertio † vt animæ robur ab aliis negotijs ad opus agendum reuocet, & in vnum, quod proponitur, intendat eius omnes uires. Quarto ut in solam ueritatem animũ intendat suũ,
5 & ita uitare † etiam oportet in uero hoc extorquendo, quæ solẽt alio mentem deflectere, qualia sunt arrogãtia, iactantia, immoderata libido, falsa persuasio sapientiæ, auaritia, ira, pertinacia, munera, & similia, quæ animum à sua integritate, & puritate auocant, ut aliàs etiam aliud tamen agentes admonuimus in dicta nostra Methodo process.
6 informat. in præfatio. nu. 203. Quinto † vt interrogando, & ita inquirendo uon excandescat contra eos, quos malos putat, nec precibus calamitosorum illachrymetur, vt admonet I.C. in l. obseruandum. ff. de offic. præsid. & in l. nequicquàm. §. circa aduocatos. ff. de offic. proconf. & Luc. de Pen. in l. si apparitor. col. 5. de cohorta. lib. 12. & ante eũ Archid. in cap. quam tamen. 45. dist in. Io. Igne. in l. 1. in prin. num. 83. & in
7 l. & si certus. nu. 27. ff. ad Sylla. Id † enim non est constantis, & recti Iudicis, cuius animi motũ vultus detegit, ut habetur in d. iuribus, & per Doct. in d. locis, & per Io. Mille. qui ita ẽt Iudicem admonet in pract.
8 crim. fol. 84. nu. 5. Quamuis † illis Iudex vultum aliàs debeat ostendere terribilem, dum interrogando, & ita inquirendo ueritatem exquirit, ut territi ueritatẽ agnoscãt, vt admonet Imperator in auth. de mãda.

Princip.

Princip.§.talem,& ex eo tex.Io.Igne. in d.l.& si certus.d.nu.27.& diximus in Method.processf.informat.in præfatio.nu.201.licet † postquam
9 veritatem Iudex eruerit, in iudicando cum aliquo benignitatis temperamento procedere debeat.l.respiciendum.ff. de pœn. Et ita sexto,
10 † vt reos delatos, & à se interrogandos in eius familiaritatem nõ admittat,ex qua contemptio nascitur dignitatis.d.l. obseruandum.ff.de
11 offic.præsid.vbi I. C.docet † qualem in Iudice lex desiderat familiaritatem:dicit enim familiaritatem Iudicis in eo solo debere consistere, vt se facilem in adeundo præbeat,modo contemni se non patiatur: & additur , ut præsides in vlteriorem familiaritatem prouinciales non
12 admittant. Nam ex † conuersatione æquali contẽptio dignitatis nascitur,& admonet de hoc etiam Iudicem Io.Igne.in d.l.1.in princ. nu. 79.& in l.3.§.eleganter.n.28.ff.eod.ti.ad Syllan. Hæc de præcautionibus respectu personæ sui ipsius Iudicis obseruandis.

Respectu verò interrogationum in vniuersum primò cura erit Iu-
13 dicis,vt regulam illam obseruet, quòd † quantum fieri potest apertè reos interroget in singulis interrogationibus, singulas non simul plures res proponendo,& ad eas attentè reos compellat respondere,nunquam patiendo vt extra propositum euagentur: ita etiam docet, & Iudicem interrogantem instruit Directo.Inquisitor.d.3.par.nu.99. in 1. cautela.& Franc.Pegn.Schol.34.in additio.ad eum. Vbi etiam Iudicẽ
14 admonet, † quòd si quandoque contingeret, reum apertis interrogationibus obscuras,aut dubias,& ancipites respõsiones reddere, iubeatur eas, priusquam ad vlteriora progrediatur,declarare,ne postea super obscuris,& dubijs propositionibus nouas excogitet fraudes.& tenetur reus,ac debet simpliciter ad interrogata respondere.l.de ætate. §.quid autem.ff.de interrogat.actio. alias respõdisse non videtur,quãdo modificatiuè respondet.l.1.§.siquis simpliciter.ff.de verb. obligat. Franc.Marc.decis.691.nu.1.tenetur enim quis super inquisitione ad omnia capitula certe, et clarè respondere , alias si obscurè responderet,pro confesso haberi poterit.vt per eundem Franc. Marc. d. decis. 692.nu.2.iuxta not.per Bar.in l.certum.in prin.ff.de confess. quia obscurè respondendo pro non responso habetur.d.l.de ætate. §. nihil interest.ff.de interrog.actio.secundum Alex.in d.l.de ætate. §. quid aũt. facit quod habetur in.§.præterea.inst. de inut. stipulat. vbi diuersitas stipulationis vitiat stipulationem, quia responsio interrogato conuenire debet.vt ibi habetur.& per Franc.Marc.in d.decis.692.nu.3.& 4. & Paul. III. Pont. Max. admonet in suo Motu proprio in fauorẽ pauperũ,omnes examinatores,vt claris vtantur verbis ad reperiendã veritatem,non ad implicandum constituti intellectum . Et multa simul interroganda non esse, ne reus cum sycophanta Plautino in Trinũmo rectè dicere possit: Multa simul rogitas,nescio quid expediam potissimum.sin vnum quicquid sigillatim,& placide percunctabere & meum nomẽ, & mea facta,& itinera ego faxo,scias.Admonet etiam Simanc. in prax.hæreseos.tit.27.nu.2.

15 Sit † & interrogatio circumspecta: quia verba contra iudices nenn ste reus sæpe respondet, tum verbis quàm maxime è medio sumptis, vt qui interrogatur (is autem sæpius est imperitus) intelligat, aut ne intelligere se neget, quod interrogantis non leue est frigus, ut admonet Quintil. lib. 5. Orat. inst. cap. 7.

Rursus admonet Franc. Pegn. in d. loco, (& altera cura erit) quod
16 dum † reus interrogatur, etiam si is disputare uelit, quod sæpissime callidis, & astutis contingit in crimine hæresis, ac in aliis etiam, maxime dum Doctores, & similes interrogantur, nullam cum eo iudex ineat contentionem, sed semper ad institutum eundem reuerti cōpellat, ne possit ille euadere: Nam si hæc obseruabuntur, raro proderunt suæ fraudes iniquis, & delinquentibus. Prout ne subterfugia reo prosint, semper iudex id in oculis habere debet, de quo quæritur, & quod vult efficere, tam quando interrogat circa delictum, quàm circa indicium, & reus semper suis subterfugit responsionibus: quia si iudex propositum tenuerit, in obliuionem non ibit ob hæc subterfugia rei, nec examini debita tempora conuiciando conteret, gaudebitque, si reus subterfugiat, ita de testibus tamen loquens patronum admonet Quintil. c. 5. li. 6. Orator. inst.

17 Quinto † curabit insuper Iudex, ne vtatur cautelis, quibus nti prorsus uidetur prohibitum: quis enim dicet, cauillationes, fallacias, & improbas, aut sophisticas interrogationes, seu argumentationes licite vsurpari posse ad extorquendam ueritatem? quas etiam ueteres absq; fidei luce fugiendas docuerunt: Arist. in lib. duobus Elench. I. C. in l. cū hi. §. si cum is. ff. de transact. vbi sapienter protulit Accurs. non deberi uiam aperiri malitijs. l. 1. §. sed & si quis. ff. de Carbo. edict. Hinc Paul. Castr. in l. si per errorem. ff. de iurisd. om. iud. & in l. edita. C. de eden.
18 verè asseruit, quòd quamuis cautelæ † deceptoriæ honorem afferant iudicibus, & aduocatis in hoc seculo, in alio tamen (inquit ille) ædificant ad gehennam. Sed duo sunt (ut aduertit Franc. Pegn. in annota-
19 tio. ad Direct. Inquisi. d. p. 3. Schol. 26.) cautelarum † genera. Quædam deceptoriæ sunt, & in malum finem directæ, & ad decipiendum aptæ, quæ nusquam usurpari debent, & has iura detestantur. Aliæ sunt laudabiles, & indiciariæ pro ueritate inuestiganda, in quibus non iniquitas, sed ratio, iudicium, & vtilitas versatur, ad bonum finem ordinatæ. c. quanto. 63. dist. c. illa propositorum. 11. q. 3. ubi etiam Gregor. il-
20 la propositorum sollicitudo utilis, illa † est cautela laudabilis, in qua solum ratio agit, & furor sibi nihil vendicat. hec ibi. Has autem vsurpare ad fraudes detegendas, ad vitia præcauēda, & ad peccatores con
21 uertendos, valde est laudabile. His usus uideri potest Salomon † ad inuestigandam ueritatem de filiatione uera à diuersis matribus petiti infantis. cap. afferte. de præsump. facit tex. in cap. vtilem simulationē. 22. q. 2. & de his intelligendum est Direct. Inquis. in supra allegato lo-
22 co, secundum Franc. Pegn. in d. Schol. 26. in fin. vbi † nominatim docet, in sacro Inquisitionis officio cautelis his laudabilius uti licere,

quòd antea docuit Ioan. Roias. cuius ille meminit in singul. fidei.94. numero 5.
23 Sexto, † vt rei confessionem non eruat promissione impunitatis, à qua quantum fieri potest se abstineat,atq; aliis iustioribus modis studeat veritatem delictorum inuenire,quod à iudicibus faciendum esse dicit Iul.Clar.lib.5.sent.§.fin. q.55. versic.circa primum, quod antea etiam asseruit Dyn.in tract.de quæstio. quem refert Paris de Put. de synd.c.7.in princ.in verb.tortus.licet enim in ea quæstione,an cautela de promittenda reo impunitate,si veritatem cõfiteatur, licitè usurpari possit,& Iudex obligetur ad præstandam impunitatem, vel non obstante promissione,possit reum condemnare, quæ valdè controuersa est,& dubia,de qua Archid.& Præpos.in d.cap.vtilem.22.q.2. Ias.in l.si mora,n.4.ff.sol.mat.Deci.& ibi Chucal.in additio. & Cagno. in l. ea est natura.ff.de reg.iur.Felyn.in d.cap afferte,de præsump. & in l.1s qui.ff.de publ.iudi.Mars.in l.1.§.quæstioni.ff.de quæstio.& in sing.201. Boss.in tract.caus.crim.tit.de examin.Reo.nu.16.latè Franc. Viui.in commun,opin.in verb.Iudex.opin.405.relatus lib.7.Syntagmat.commun.opin.tit.19.d.confess.nu.80.Plac.lib.1.delict.cap.37. Couar. lib. 1.var.resolut.cap.2.nu.16.Iul.Clar.d.q.55.versic.circa primum.Ioan. Roias.d.sing.94.Gregor.Magalot.in tract.de saluoconductu.2,p.vers. & ista faciunt ad illam quæstionem.Franc.Pegn. in annot, ad Direct. Inquisit.3.p.Schol.29.per totam.in eam communiter doct.descenderint sententiam,posse Iudicem hac uti cautela ad extorquendam veritatem:quoniam certum uidetur,iudicibus licere exemplo Salomonis indagandæ veritatis gratia aliquid aliquando simulare.d.c.afferte.de præsump.vt hanc esse communem opinionem asserit Hierony. Chucal.apud Dec. in d. l. ea est natura.nu.7.ff.de reg. iur. quẽ refert Plac.d.c.37.lib.1.delict.& ambos Franc.Pegn.Schol.29.col. 1.versic. quantum ad primum.& ante eum Iul.Clar.d.q.55.versic.circa primũ, & Viui.d.commu.opin.405.Negari tamen non potest,quin hoc sit il-
24 laqueare reum fraude,& mendacio,quod cuilibet † bono viro,præsertim vero Iudici,qui veritatis amantissimus esse debet,videtur summopere vitandum,vt existimat Iul.Clar.in d.loco, quoniam longè aliud est fingere,seu simulare, quod fecit Salomon, ac mentiri, ac decipere,quod fit,cum promittitur impunitas, nec præstatur, & propterea alijs censet cautelis iustioribus vtendum,vt veritas habeatur,quod ẽt censuerunt Dyn.& Paris de Put.qui eum refert in d.locis, quam sententiam vetam esse quoad omnia tribunalia,& omnes Iudices,præter quàm quoad Tribunal Inquisitionis,censuit Franc.Pegn.in d. Schol.
25 29.col.1.versi.veruntamen in hoc tribunali.credit † enim optimè posse hanc cautelam vsurpari etiam statim à principio in sacro Inquisitionis officio,offerendo reis non quidem impunitatem, sed amplam misericordiam,& gratiam,si protinus ueritatem fateantur.Quoniam
26 Inquisitores † in remittendis pœnis & temperandis ampliorẽ, quàm cæteri Iudices habẽt potestatem.c.vt commissi.de hæretic.lib.6. Nam
† in

27 † in cæteris delictis, puniendis, in quibus per leges statuta pœna est, cum de illis constiterit, iuxta scriptas leges necessariò inferiores Iudices iudicare debēt, vt latè per Andr. Tiraq. in tract. de pœn. in præfatio. & in hæresis crimine, etiam si de eo constet, nec possint Inquisitores pœnas à iure taxatas penitus remittere, at possunt temperare omnes illas, quæ arbitrio eorum relinquuntur, quales sunt pœnæ pœnitentiales, iuxta quod optimè dicit Direct. Inquisit. dicta tertia parte, vt promittant sibi gratiam, quam faciant. quod qua ratione sit intelligendum, clarius explicat Franc. Pegu. d. Schol. 29. versi. cum verò Inquisitores.

28 Et † in omnibus quidem delictis omnino abstinendum esset à d. cautela promissionis impunitatis, quando constaret delictum uel non esse verum, uel alium deliquisse: nulli enim dubium est, quod ex tali confessione hoc in casu Reus non obligatur, cum videatur potius sub spe impunitatis, quàm pro ueritate confessum fuisse, per ea, quæ not. in l. error. C. de iur. & fact. ignor. & in cap. sanè, de renunciat, & in terminis ita censuit Greg. Magalott. in d. tract. de saluoconductu 2. par.

29 uers. secundo casu si Reus. vt etiam † omnino abstinendum est, si de veritate confessionis, quæ extorquetur, dubitari posset, cum ex circumstantijs, & indicijs de veritate constare non possit, & Reus confessionē reuocarēt. Nam nequè hoc in casu confessio, quæ ità extorqueretur, confitentem obligat. secundum eundem Magalott. in d. loco, qui subdit, quod ità loquitur Imo. consil. 109. & licet malitijs malitias repellere liceat, hoc tamen verum est, vt dicit Magalott. in d. loco. post Moder. in c. Sede Apostolica, extra. de rescript. & Bal. consi. 414. volum. 5. quando constat de malitijs, secus si de illis non constaret: tunc enim homines malitijs illaqueare non licet, vt legitur, & not. in l. itē si pretio. §. fin. ff. loc. & d. c. sanè. de renunciat.

30 Et † ideò, si de delicto per Reum interrogādum commisso, iam per testes, & per indicia indubitata constaret, ipsum scilicet Reum illud commisisse, & reus nollet confiteri, liceret quidem Iudici hoc in casu vti. d. cautela promissionis impunitatis, quia Reus aliter confiteri nolebat. quia cautelis uti licet ad veritatē ipsam indagādā. d. c. afferte. de præsūp. Et quia hic dolus bonus est, & ad publicā pertinet utilitatē,

31 vt intellecta veritate rei cōdemnentur, ne † delicta remaneant impu-

32 nita. l. ità vulneratus. ff. ad l. aquil. Item † quia in malè promissis fides

33 seruanda non est. c. cum in malis, de reg. iur. in 6. constat autem † hanc promissionem de impunitate delinquentium cōtra publicam esse vtilitatem, prò vt dicunt præcitati Doct. in d. locis. & Boss. in d. tit. de e-

34 xamini. Reor. nu. 16. & 18. Vnde in fortioribus † terminis potest Iudex Bannito dare saluum conductum, & posteà illo pendente ipsum decapitare. secundum Cyn. in l. præsenti. C. de his qui ad eccle. confug. Iac. d. Beluis. in. § neque autem homicidis. in fin. in aut. l. de mand. prin

35 cip. & Grego. Magalott. vbi suprà, & lex † permittit aduersus delinquentes dolos, & fraudes instrui, vt delicta ipsa puniantur, vt not. in l.

2.§.non fuit.ff.de dolo.Itẽ quia non refert quomodo ueritas habeatur,
36 dummodo habeatur,quia † non curamus de modo,dummodo habeamus effectum.l.cum seruus,ff.de verb.obl.& l. 2. C. de alim. pupil. præstan.l.fin.C.quæ sub mod.Marsi.in pract crimi.§. secunda per tot. Po-
37 stremò si licet † Iudici reos torquere,fame,& vigilia afficere ad extorquendam ueritatem.toto tit.ff & C.de quæstio.multo magis licebit et exquirere verbis blãdis,& fictis. Quibus motus rationibus ita etiam censuit, & pro concordia opinionum hoc modo distinguendum esse arbitratur Magalott.d.2.par.de saluoconductu.versi.uerumtamen,vt arbitror;& subdit,quòd ex prædictis habes veritatem.d.conclusionis, quam nouissimi(inquit ille)fortasse non inuenerunt,ex cuius sic sententia d.communis opin. de qua testatur Cucalon. in d. loco. procedit,
38 quando † delictum cõstat per testes,uel per indicia indubitata à Reo esse cõmissum, ut hoc in casu.d.cautela promissionis impunitatis ad extorquendam ueritatẽ vsurpari possit. Alia uerò opinio contraria, quando constat delictum non esse uerum,uel alium deliquisse, aut de ueritate confessionis,quæ sequeretur,dubitari posset, quia ex circunstantiis,& indiciis de ueritate constare non potest, & Reus confessionem reuocauerit,vt minime d.cautela Iudex uti debeat, & ita etiam ex sententia Magalot.ubi suprà distingui potuit quoad secundam partem dictæ quæstionis,in qua duo potissimum proponuntur. Primum an liceat hac cautela ueritatem indagare,de quo iam diximus: Alte-
39 rum † an fidẽ promissam Reo de impunitate, & gratia Iudex debeat ei seruare. in quo cum duæ sint extremæ opiniones, una Præposit. & Gemin.in c.si quilibet.& c.vtilem.22.q.2.Fely.in d.c. accedens. vt lit. non contest.& in d.c.afferte de præsumpt.& Hugot.& Archid.in d.ca. vtilem.Ias.in d.l.si mora.nu.4.ff.solut.mat.& Cyn.in d.l.præsenti.C.de his,qui ad eccle confug.& plurium aliorum, de quibus per Viui. in d. commun.opin.405.asserentium Iudicem non obstante præfata impunitatis promissione posse Reum condemnare.idque pluribus rationibus iam suprà relatis,& de quibus per Viui.in d.loco, & Franc. Pegn. d.Schol.29.vers.quantum ad secundum.& Magalott.vbi suprà. Altera est Iac.Beluis.in practica crimi.in Rub.de quæstio.Dec.Cagnol.& Cucalon. in d. l. ea est natura.ff.de reg.iur.Imol.d.consi.109. & aliorum, quos refert Viui.d.opin.405.& Franc.Pegn.d.Schol.29.versi.Alteram sententiam, oppositum asserentium, d.promissionem penitus esse ob-
40 seruandam. Primùm † quoniam fides,& promissio etiam Inimicis præstita semper seruanda est,cum implementum eius descendat à iure naturali,quod violare non licet.l.conuentionem.ff.de pact. vbi cõ-
41 muniter Docto.Rursus † quia iuramentum, & fides æquiparantur.c.
42 ad aures.de eo quod met.caus.At iuramentum † semper est obseruandum, vbi potest sinè interitu salutis æternæ. c. cũ dilectus. de eo quod met.caus.c.si uero.de iure iur.ergo,& fides promissa.Postremò quoniã
43 Doct.qui priorem sententiam sequuntur, fatentur † ingenue, in foro conscientiæ non esse licitum talem fidem violare, atqui hanc senten-
tiam

tiam in sacro Inquisitionis officio, quantum ius patitur, obseruādam esse, dicit Franc. Pegn. d. sæpius alleg. schol. 29. d. versi. Alteram sententiam in fi. poterunt hæ duæ oppositæ opiniones eadem distinctione cō cordari ex sententia Magalott. in d. loco. ut prior opinio procedat, quando per testes, vel indicia indubitata constat, Reum sub dicta pro
44 missione impunitatis confessum deliquisse. poterit † enim non obstan te d. promissione condemnari. Posterior uero, quando non constat illum deliquisse, uel constat alium deliquisse, aut de ueritate confessionis dubitari posset, cum ex circunstantiis, & indiciis non possit de ueritate constare, & reus confessionem reuocauerit, condemnari nō poterit. Quod & censuit Couar. d. c. 2. lib. 1. variar. resolutio. col. fin. dū ibi dicit, quod illud, quod dicitur, hanc Iudicis promissionem non esse ab eo seruandam, cum sit, ac tendat in perniciem Reipublicæ, cuius utili tati conuenit, delicta puniri, tum demum uerum est, ubi de delicto, & crimine recto iuris tramite constat. vt in auth. de mand. princi. §. nequè, & præter alios tradit Fortun. in l. conuentionum. col. 1 ff. de pact.
45 in quæstione illa. An † Iudex qui promissa impunitate criminis coegit à loco sacro discedere, & secum ire delinquentem, teneatur ei fidē seruare, quod Cyn. tractat in d. l. præsenti. C. de his qui ad eccle confugi. scribens Iudicem nec debere, nec teneri hanc promissionem seruare, si delinquens iure poterit ab ecclesia extrahi, & id ab aliis commu niter receptum est, ut testatur Couar. in d. iam citato loco. & ideo Maria. Soci. in c. qualiter, & quando. el ij nu. 974. de accusatio. reos admo net, ne uerbis mellifluis, & promissionibus Iudicis, & officialis credat, quia, vt subdit, faciunt largas, & amplas promissiones, vt eruant uerita tem, quas postea non obseruant. vt ibi per eum.

Alijs tamen iustioribus (ut diximus) simulationibus uti poterit Iudex, vt à Reo ueritatem rei apud ipsum dubiæ extorqueat. Et sanè
46 † notissimum est illud Salomonis, cuius supra meminimus, quod scribitur 3. Reg. cap. 3. & refertur in d. c. afferte. de præsumpt. simulauit siquidem Salomon Infantis viui diuisionem iuri naturali, & diuino cōtrariam, non quod eam exequi uellet uir sapientissimus, sed ut ueritatem rei incertæ ex coniectura maternæ dilectionis, quæ esset uera il-
47 lius mater, deprehenderet. Sic † Claudius Cæsar matrem negantem quendam Iuuenem, qui uere eius filius erat, proprium filium esse, coegit ad cōfessionem ueritatis, indicto ei cum ipso Iuuene matrimonio,
48 vti commemorat Tranquillus in Claudio cap. 15. Carolus † item Magnus, certus quod uel pater, uel filius, quos captos detinebat, quēdam occidisset, incertus tamen uter eorum, iussit utrunque suspendi, & cū pater, qui uerè deliquerat, nullam uideret redemptionis spem, fassus est, & agnouit propriam culpam, & ita filium innocentem ab imminē ti supplicio liberauit, sicuti referunt Andr. Isern. in c. 1. §. publici latrones. de pac. tenen. & eius violator. Paris de Put. in tract. syndic. in uerb. tortus cap. 11. Ias. in l. si is qui pro emptore. nu. 172. ff. de Vsucap. Barb. in l. cum acutissimi col 24. C. de fideicom. & in c. 1. colum. 2. de

commod.

cōmod. Catell. Cott. in memorial. in verb. dolum. Andr. Tiraq. in l. si vnquam in princ. nu. 8. C. de reuoc. donatio. Couar. d. c. 2. varia. resolu.
49 nu. 16. qui † Tiraquelli memoriæ lapsum animaduertit, quatenus ille hoc tribuit Carolo secundo, qui alter est à Carolo Magno, cui omnes alij hoc ascripserunt. Carolus etenim Magnus fuit primus eius nominis Imperator, & Gallorum Rex, cum Carolus Martellus nec fuerit Rex, nec Regnum obtinuerit morte præmatura raptus, tametsi Regia facinora ediderit, vt ex Gallicis historiis fatetur Couar. in ibi.
50 Ab ijs † tamen simulationibus, quæ non solent in optimam partem cedere, cauendum est, vt admonet Couar. d. c. 2. lib. 1. varia. resolu. col. fin. in princ. dicens, quod Doct. frequentissime ita admonent, vt malè
51 cessit simulatio illius iudicis, qui cum † quidam, qui prò grauissimo crimine præsumptionibus, & indicijs ad torturam sufficientibus satis grauatum detinebat, nonnullos graues viros inculpasset, & magnum scandalum contrà eos ortum esset, incertus, an hoc uerum esset, fictè iussit ipsum vltimo tradi supplicio, & mandauit familiaribus, vt fictè eum ducerent ad supplicium, & in actu ficti supplicij interrogari in iudicio animæ suæ, si uerum erat, quod illi, quos inculpauerat, delictū commisissent, sed ille cum esset in actu ficto ultimi supplicij, uidens se velle vltimo affici supplicio, fictionem ignorans, factis interrogationibus in iudicio animæ timore mortis obijt, vt refert Paris de Put. d.
52 tract. de synd. in d. verb. tortus. d. c. 11. n. 1. Vt † etiam malè cessit simulatio Fr. Ioan. Capistrani ordinis minorum, qui dum esset magnus Fisci Patronus in ciuitate Neapolis, ante Religionis ingressum fingere voluit, quod non solum Patri, sed etiam filio caput amputādum erat, cum tamen filius innocens esset, & ambos ita condemnauit. Verum abscisso à ceruicibus patri capite, tantus filiū timor inuasit, vt illico
53 decesserit. Quod † adeo graue conscientiæ Capistrani uisum est, vt statim officio renunciauerit, & Religionem sancti Francisci ingressus fuerit, & summus vir euasit, adeò vt beatus in vniuerso illo ordine inscribatur, vt etiam refert Paris de Put. in d. loco. & Boss. ex eo in d. tit. de exami. Reo. n. 4.
54 Septimo † præcauere debet, ne ita Reos interroget, ut suggerendo illis potius fugiendi modos præbere, quàm ueritatem ab eis indagare videatur, & ità non in specie Reos interroget de maleficio, si maleficiū ipsum cōmiserint, sed in genere quis id fecerit. alias enim si in specie interrogaret, & de modo, & causa potius suggerentis quàm interrogantis officio fungeretur, & ità suggerere potius, & instruere diceretur, ut ita diceret, & fateretur ad euitandum tormenta, quàm aliter.
55 & confessio hoc † modo facta, uel in actu torturæ, uel præcedentibus minis de torquendo per suggestionem Iudicis, & instructionem extorta diceretur, & non valeret, Tex. est qui ità admonet in l. 1. §. qui quæstionem. ff. de quæstio. & licet Tex. ille loquatur in teste, ad Reum tamē id etiam referendum est, ut per Bar. & Marsi. ibi Salic. in l. fin. in fi. C. de accusat. Ang. de Malef. in verb. fama publica nu. 118. & Brun. de quæst.
&

& tortur.1.p.q.3.nu.23.Boss.in d.tit.de exa.Reo.nu.12.Iul. Clar. lib.5. senten.§.fin.q.45.vers.debet autem.Franc.Pegn. in annot.ad Directo. Inquisit.3.par.schol.19.versi.id vero in primis, qui præter Iul. Clar. &
56 Franc.Pegn.post Bart.in d. §. qui quæstionem,dant optimum † simile de interrogatione Notarij,quam facit testatori infirmo. dicens ei, si vult Sempronium instituere.non enim benè ità interrogat, sed in genere,quem vult instituere,dicere debet.& hoc est,quod dicit lex,quòd
57 † palam sunt à testatore ore proprio nominandi hæredes. l. hæredes palam.in princ.vbi glo.& Bar.C.de testa.& licet Boss.sentiat. in d.loco simile hoc ad rem non facere,quinimo probare contrarium, quo-
58 niam communis † est conclusio Docto.ualere testamentum ad responsionem Notarij in specie interrogantis, quando testator affirmatiuè respondet,vt per Ias.in l.iubemus.C.de testam.foc.consi.92. vol.3. col. pen.consi.28.col.pen.& consi.23.col.4.& 5.vol.2. cum alijs latè congestis per Iul.Cla.lib.3.senten.§. testamentum. q. 37. ex eo tamen simile optimum uidetur,quia licet valeat testamentum ad responsionem No
59 tarij in specie etiam interrogantis,hoc tamen † uerum est, & procedit,nisi testator ualde infirmitate turbatus esset. eo enim casu potius per suggestionem,quam aliter,interrogationi speciali respondere videtur,vt per Docto.omnes,qui d.commun.opin. sequuntur, & in hoc nemo dubitat,vt dicit Iul.Clar.d.quæst.37. vers. scias ergo,& sequitur idem Boss.in d.tit.de exami.Reo.nu.13. At quis carceratione satis tur
60 batus dicitur:carcer † enim mala mansio est, adeò quod morti æquiparatur.secundum Bald.in ca.1.§.denique.tit.quæ fuit prin.caus.bon.
61 amit. Boss. in tract. caus. crimi.tit.de carcere. nu.1. Et hinc † aliqui voluerunt, quòd confessio à carcerato extorta metu tormẽtorum extorta dicatur,vt videtur consuluisse Anch.consi.24.n.4.cuius opinionem dicit esse communem Alex.cons.52.nu.3.lib.3. prout illum refert Neuizan.in Sylu.Nup.fol.12.vol.1.& licet hæc opinio neque sit cõmunis, nec uera in confessione à Reo carcerato legitime extorta, Paris consi.5.n.176.vol.4.Iul.Clar.lib.3.sent.§.fin.q.64.versi.sed an forte: negari tamen non potest, quin carceratus sit valde turbatus, vt meritò dici possit,quod confessio per suggestionem ab eo extorta sit, potius quando in specie de delicto interrogatur,non in genere, prout inter-
62 rogari debet, secundum prædictos Doct. in d.locis,& ideò † quando Reus in tortura in specie interrogatur,& confitetur.cõfessio per suggestionem extorta dicitur,quia dolore turbatus est in tortura : dolor
63 † enim in torto maior est, quàm sit vtriusque manus abscissio. §. fin. in auth. vt null. iudic. & ita Boss. in d. tit. de examin. Reo. nume. 13. & sequent.

64 Quando † tamen indicia præcederent, & talia essent, quòd ex illis Iudex certò sciret illum commisisse delictum,posset quidem in specie interrogare,nec confessio, quæ sequeretur,per suggestionem extorta diceretur.secundum Boss. in d.tit.de exami.Reo.nu.12. Brun. d. q.3.1. par.de indic. & tortu.nu. 25. & diximus in d. nostro Method. process.

Informat.

Informat.lib.4.cap.2.nu.386.& seq.

65 Cauere † tamen octauo debet Iudex,ne reo in primis, & ante omnia legat titulū criminis,testiumque depositiones:quia forte ei lectionem & falsam & prauam ei repeteret,vt admonet Hostien.in sum. tit. de testi. & licet ibi Hostien. loquatur in teste, admonens ita Iudicem,
66 ne legat titulum testi,sicuti quidam† fatui Iudices(inquit ille)faciūt: quia fortè iam repeteret ei lectionē falsam, & prauam,ad reum tamē id etiam eadem ratione referri potest.

67 Vt † etiā cauere debet nono,ne vel in genere, vel in specie indicijs præcedentibus interrogando aliquam exprimat circumstantiam, aut qualitatem,nequicquam dicat de commisso maleficio, nec in qua parte corporis percussit,nec quicquam de facto, seu dicto, pro quo reus vel interrogatur de plano,vel torquetur,ne qualitates, & circumstan
68 tias suggerat,sed † in genere interrogetur, an maleficium commiserit, & si commisit, à qua parte corporis, in quo loco, quo die, ex qua causa,quomodo,& quibus armis.ita iudicem instruit Franc. Caso. in pract.crim.tit.de torment.cap.15.post num. 1.& post eum Fran. Pegn. in annot.ad Direct.Inquis.3.par.d.Schol. 19.versi.id verò. vbi inquit, quòd ut periculum suggestionis euitetur,cum quis de proprio delicto interrogatur,in genere interrogandus est, inde paulatim ad speciem descendendum est, nullam singularem delicti circumstantiam exprimendo,licet sæpe contingat (subdit ille)necesse esse, etiā ad minima, & particularia descendere,vt reus vel conuincatur, vel crimen suum detectum agnoscat,vel si quid oblitus est recordetur, quæ prudentiæ interrogantis committuntur. ita etiam ad euitandam suggestionem docent Foller. in pract,crim.in verb.rei indurati torquentur.n.1.& Ioseph.Cumi.de sindic.cap.21.de tortura.n.15.

Et non solum à suggestionibus prædictis Iudex cauere debet, quan-
69 do reum interrogat de seipso,sed etiam † quando illum interrogat in casibus permissis de socijs,& complicibus. quia potius officium esset suggerentis, quam interrogantis, vt in specie de interrogatione reo de sociis facienda admonet Boss. in tract.caus.crim.tit.de indic. & cō siderat.ante tortur.nu.148.Brun.de indic.& tortur. 3.q 1. par. nu.23. Blanc.de indic.nu.382.Simanc.qui alios allegat catho.instit.ti.65. de torment.nu.59.Iul Clar.lib.5.sent.§.fin.q.21. uersi retenta igitur. cir-
70 ca fin. Et † quomodo hoc in casu reum de sociis interrogando, & neminem nominando suggestio euitetur, docet Iac. de Beluis. in pract. crim.tit.de quæstio.nu 50.versi.Sextus est.inquit enim hūc in modum reum interrogandum esse,quis fuit tecum,vel an solus eras tempore commissi criminis,vel quot eratis, vel qualiter potuisti hoc facere solus sine auxilio,& qualiter fuisti ausus talia facere, vel de cuius mandato,vel procurante hoc fecisti,& quantum pro hoc faciendo habere debebas,& à quo,vel impossibile est,quod tu posses talia facere solus, vel intelleximus quod multi eratis, vel quis fuit ille, qui primo accepit,quia multi eratis,vt dicitur.dic ergo,qui erant tecum, & qualiter

fuit

fuit factum,& cum quibus.& sic subtili ingenio, neminem nominãdo, est veritas de socijs generaliter extorquenda.arg.l.2.in princip. C.de cõmer.& mercato.Non autem est interrogandus in specie, vt dicẽdo, erat ne talis tecũ,vel talis,quia hoc valde periculosum est.d.l. 1. §. qui quæstio.ff.de quæstio.cum alijs, vt per Iac.de Bel. in d.loco & diximus in Method.process.Informat.lib.4.c.fi.n.721.

71 Si † tamen contra certos socios,& complices aliquod adesset indicium ac specialiter inquirendum contra ipsos sufficiens, poterit reus de his etiam in specie interrogari secundùm Sal.in l.fin. C.de accusa. quem sequuti sunt Boss. & Blanc. & Iul. Clar.in d.locis.

72 Decimo † præceteris caueat Iudex,ne sit interrogationibus facien dis nimis molestus,ea percunctans,quæ parum ad rem faciunt, & quæ reos ad iram possint commouere,dummodo nihil omittant eorũ,quæ ad causam,& substantiam delicti attinẽt.ita admonet Franc.Pegn.de Inquisitoribus loquens in d.Schol.19. versi. hoc autem præ ceteris. & Simanc.in prax.hæreseos.tit.28.num.2.admonet Inquisitores, vt beneuolè,blandè,& cum charitate, non aspere, vel cum terrore, ne rei metu iudicum mendacia proferant,eos admoneant,vt admonere debent, vt si quid senserint, dixerint, commiserintve impium contra fidem Catholicam, & legem Euangelicam, id simpliciter, planè, ac verè fateantur.

73 Vndecimo, † quod si delinquens liberè cœperit confiteri, nullatenus interrumpatur,nisi aliena fuerint à proposito quæ dicit,& parum ad causam conducant,ita etiam admonet Franc.Pegn.in d.loco. vers. quod si delinquens. Verum ergo nullatenus reum interrumpendum esse arbitror, si liberè cœperit confiteri, tametsi aliena à proposito misceat, ne fortè aliquo modo ad dicendam in omnibus veritatem re moraretur.

74 Et quandoque † reus ex se ipso ita iudicem ducit in uiam ind agandæ veritatis,quam sequi debet,nec taliter eam interrumpere, & si in confessione ita uno cursu à reo facta aliquid ad integram rei veritatem deesse Iudex cognouerit,suis deinde poterit prudentibus, aptisque interrogatoriis extorquere.

75 Duodecimo † vt in reis examinandis,& interrogandis valde etiam solicitus sit,& diligens, quoniam delinquẽtium potissima cura est occultare crimina,fingere sanctitatem, fictas interdum emittere lachrymas,quibus vel sæuissimum iudicem possit interdum permouere:cæterum non propterea succumbere debet Iudex,sed semper suspicari debet,se posse deludi,& ficta esse, quæ à reis proferuntur, dum negant, præsertim cum indicia,vel testes sunt in contrarium, hæc autem præcauenda esse tunc maxime in crimine hæresis, cum rei interdum capti fuerint,vel inquisiti, censuit Franc. Pegn. post Eymericum in annotat.ad eum in Direct.Inquisi.3.par.Schol.27.col.2.versi.iam in reis examinandis.& admonet Simanc. in prax.hæreseos.tit.27.nu.4.Inquisitores,vt non solum in initio causæ,& actorum,sed in tota etiam cau-

ſa, vbicunque expedire videbitur, multis prudentibus interrogationibus vtantur.

76 Decimotertio † vt dum reos interrogat, non interroget eos extra id, de quo ſunt inquiſiti, vel delati, niſi ipſi rei dum contentur ad alia etiam interroganda occaſionem dederint, quod frequentiſſimè contingit: tunc enim ſi ea non ſunt prorſus inepta, & ad cauſam condicant, etiam interroganda ſunt, quod præcipuum eſſe documentum ab Inquiſitoribus obſeruandum, d. Fran. Pegn. d. Schol. 19. colum. 3. verſic. & ſic prudens.

77 Decimoquarto † ad inducendum reum ad dicendum veritatem poteſt illi Iudex innuere, quòd iam ſcit eius factum, & taliter ita loqui, vt reus quaſi credat omnia iam ſcire iudicem, & non ſemel viſum fuit hac cautela reos confeſſos eſſe proprium delictum, ſed præcauere debet, ne reo dicat ſe iam ſcire eius factum, ſi non ſcit: quoniam ſi neſciret, & ſe ſcire diceret, peccaret, quod nullo modo fieri debet, etiam ſi inde veritas detegenda ſperetur. Secundùm Franc. Pegn. in annota. ad Directo. Inquiſit. 3. p. Schol. 27. in fi. qui ponderat, quòd propterea Eymericus in d. eius Direct. Inquiſit. 3. par. in tit. de caute. Inquiſ. fol. 291. nu. 100. non dicit, quod Inquiſitor ita reo dicat, ſe ſcire videlicet eius factum, ſed dicit, quòd Inquiſitor debet ſibi innuere, ſe ſcire factum eius. cautè enim poteſt Inquiſitor ita loqui, ut reus quaſi credat omnia iam ſcire Inquiſitorem, & hoc licitum eſt, & valde etiam accommodatum. ſed ad hanc exercendam cautelam prudentia opus eſt, & ta

78 li moderatione, vt † mendacium vllum nunquam dicatur: neque enim

79 facienda † ſunt mala, vt veniant bona. c. vndecunque. 56. diſtinct. cap. relegantes. 23. & c. neque enim. 14. q. 15. Roman. c. 3. Naua. in Manual.

80 Confeſſo. cap. 18. poſt num. 8. Mentiri autem † ſemper eſt illicitum, vt per Franc. Pegn. d. Schol. 27. in fin. verb. & conſtat ex traditis per Nauar. d. c. 18. & Sot. de iuſtit. & iur. lib. 5. q. 7. ar. 4. Io. de Turrecrem. in d. c. ne quis. 22. q. 2. prout etiam ad hanc cautelam exercendam ideo pru

81 dentia opus eſt, & tali etiam moderatione, † quod iudex non ita deſcendat ad ſpeciem, dicendo ſe ſcire negocium, quod reus cognoſcat, quod ipſe iudex ignorat, ideo in genere ſtare debet, dicendo bene ſcitur vbi fuiſti, & cum quo, & quo tempore, & quid feciſti, & dixiſti, & tangat ſibi aliquod certum quod ſcit ita eſſe, de aliis autem in genere loquatur, ita Iudicem inſtituit Eymeric. in Direct. Inquiſit. 3. par. tit. de cautelis Inquiſito. decem contra hæreticorum cauillationes, & fraudes. n. 102. in fi. fol. 291. & niſi hac prudentia, & moderatione iudex dicta cautela vteretur, & ideo reus cognoſceret, quod ipſe iudex factum ignorat, virtute dictæ cautelæ fruſtraretur, neq; enim reus propterea fateretur, prout fateretur, ſi iudicem ſcire factum cognoſceret, vt non ſemel docuit experientia rerum omnium magiſtra.

82 Et illud tandem eſt animaduertendum, punienda † quidem eſſe delicta, coercendo malefactores, adhibendam eſſe omnem diligentiam, vt veritatem ab inuitis, & ſceleratis iudices extrahant: & ſeruato iu-

ris

ris ordine, id esse faciendum, nec committendum quicquã, quod æquitas, & iustitia non admittat. Quamobrem ex prædictis cautelis eas tantum in praxi usurpare licet, quæ sine vlla mendacii, aut iniquitatis specie possunt ad usum reuocari: ita prudenter admonet animaduertendum esse Franc. Pegn. Schol. 30. ad 3. par. Direct. Inquisit. & sub-
83 dit etiam † quod est equidem laudanda iudicum quorundam sollicitudo in inuestigandis, & coercendis sceleribus, sed magnopere vituperanda, & detestanda consuetudo, vt illicita quæque committant ad ueritatem eruendam.

SVMMARIVM.

1 *Iudex reos interrogaturus debet habere notitiam delictorum, & eorum naturæ, substantiæ, & qualitatum, & circunstantiarum. & n. 7.*
2 *Iudex reos interrogaturus debet habere notitiam morum, & uitæ reorum.*
3 *Item & indiciorum quibus reus est irretitus.*
4 *In examine reorum tria potissimum à Iudice attendenda sunt, quæ hic enarrantur.*
5 *Prudentia in Iudice reos examinante debet esse maxima.*
6 *Iudex Hæreticos examinaturus debet habere peritiam dogmatum, sectarum, & errorum, vitæ, & morum hæreticorum.*
8 *Iudicis officium interrogantis reos est, ut totam causam familiariter norit.*
9 *Delictorum natura, substantia, & qualitas, quæ sit remissiuè.*
10 *Interrogandi modus sumitur ex accusantium, uel denunciantium, & testium dictis. & nu. 13.*
11 *Iudex studere debet omnibus modis detegere ueritatem delictorum.*
12 *Ars interrogandorum reorum uarianda est, quia uariant animi.*
14 *Hæreticorum errores circa quæ antiquitus uersabantur, & circa quæ his nostris temporibus.*
15 *Responsionibus ultimis reorum quibus modis occurri possit, remissiuè.*
16 *Iudex diligentius se habere debet in causis arduis, quàm in leuibus.*
17 *Periculum maius uertitur circa maiora.*
18 *Vbi maius est periculum, cautiùs est agendum.*
19 *Rei interrogandi non sunt super eo, quod est iuris, sed super eo, quod est facti, super quo respondere illi debent.*
20 *Iudex examen dimittere non debet, donec reus ueritatem dixerit, quando illã reus dicere incepit.*
21 *Iudex reum respondentem interrumpere non debet.*
22 *Iudex in quo cautus esse debet, quando reus fatetur, ne forte illum innocentẽ damnet.*

De præcautionibus respectu rei propositæ obseruandis. Cap. II.

1 CVra † rei propositæ versatur primum, vt peritiam, & notitiam nõ mediocrem Iudex habeat delictorum, de quibus ageretur, Natu-

ræ, substantiæ, & qualitatis, & circumstantiarum omnium. Deinde
2 † vt vitæ,& morum ipsorum delatorum eam,quam poterit,peritiã habeat. Tertio † vt sciat,quibus rei ex denunciationibus, & accusationibus deferentium testiumque depositionibus,& attestationibus sint irretiti indicijs,suspicionibus,& præsumptionibus. Nam † circa modũ examinandi,seu interrogandi reos hæc vtiliter aduertenda sunt. Primum quomodo,& qualiter,& de quibus Iudex eos interrogabit: Alterum est,quæ,& qualia in responsionibus reorum Iudex attendet,& cõsiderabit: Tertium est,quomodo, & qualiter responsionibus vulpinis, & cautelosis reorum Iudex obuiabit,& tria hæc aduertenda esse in crimine hæresis admonet Direct.Inquis.3.p.num.8. quæ ad cætera etiam crimina referenda sunt. At vniuersa hæc præcepta duo potissimum re
3
4
5 quirunt,vt commode à Iudice exerceantur. Primum † est prudentia quæ in Iudice debet esse maxima,de qua iam diximus in præcedenti-
6 bus capitibus. Alterum † sit peritia,& notitia non mediocris,vt in crimine hæresis dogmatum,sectarum,errorum,vitæ,& morum ipsorũ hæ-
7 reticorum tam veterum,quàm recentiorum; in alijs † verò delictis, & criminibus morum item, & vitæ ipsorum reorum, ipsorum delictorũ naturæ,substantiæ,qualitatum,ac circũstantiarum omnium & ex processu resultantium indiciorum: sine his enim firmè impossibile est Iudicem rectè suo munere fungi posse,vt admonet Franc.Pegn.in annot.
8 ad Direct.Inq.d.3.par.Schol. 23. in princip. Et primum † quidem est in hac parte verè officium Iudicis interrogantis,vt totam causam familiariter ita norit,vt docet Quintil.lib.4.Orato.institu.cap.7.Ea res (subdit ille,& verè quidem) suggeret materiam interrogationi,& velut tela ad manum subministrabit; eademque docebit ad quæ Iudicis
9 animus interrogatione sit præparandus. Quæ † autem sit quorumlibet delictorum natura,substantia,qualitas,& circũstantia, & quæ quorumlibet delictorum sint indicia,satis superq; docuimus in nostra Method.process.informat.li.3.& 4.& per totum, ad eam igitur te relego.
10 Cura ergo † erit circa rem propositã prudentis,& industrij Iudicis, occasionem,& modum accipere interrogandi reos ex accusatiũ, uel denunciantium dictis,ex testium attestationibus semper consideran-
11 do diligenter indicia,quibus rei sunt irretiti, de quibus † diligenter examinandi,& interrogandi sunt multis,ac prudentibus interrogationibus iuxta varietatem,& qualitatem indiciorum,ac delictorum, ita vt omnibus modis ueritatem inuenire,& detegere studeat, quod iam præmonuisse videri potest Diuus August.lib.de vera,& ficta pœnitentia cap.10.relatus in cap.1.§.iudiciaria autem.de pœniten.lib.6.ita.n.
„ ait: Diligens igitur Inquisitor,& subtilis inuestigator sapiẽter,& qua-
„ si astutè interroget à peccatore, quod forsitan ignorat, vel verecũdia
„ velit occultare.cognito itaque crimine varietates eius non dubitet in
„ uestigare,& locum,& tempus & cætera.hactenus August.cuius auctoritate ita etiam præmonuit Franc.Pegn.in d.Schol.23.ad 3.p. Directo. Inquis.col.4.versi.sed nec ad omnes,vbi & illud eodem spectare dicit

non

non minus eleganter, quam prudenter dictum.

12 *Sed † quoniam uariant animi, uariabimus artes,*
Mille mali species, mille salutis erunt.

13 Et † eodem modo ad detegendos Hæreticos, vt hoc nostro seculo Lutheranos, Caluinistas, & cæteros cuiuslibet sectę, cuius errores, ritus, & loquendi modos, ac phrasim genuinam debent fidei Iudices intelligere, & occasionem, & modum interrogandi reos sumere Inquisitor debet ex denunciationibus, & accusationibus deferentium, & ex testium attestationibus, ut cuius sectæ sit deprehendat, ut docuit Direct. Inquisit. de hæresib. & erroribus sui temporis; loquens vbi supra.

14 Et † sicut circa Eymerici tempora errores de Christi, & Apostolorũ paupertate, ac visione beatorum, & alij plures circumferebantur, ita nunc sepultis, & extinctis illis, Romani Pontificis diuina potestas; Sanctorum merita, indulgentiarum thesauri, Sacramentorum virtus, bonorum operum merita, sacrarum religionum instituta, & alia eius generis sexcenta passim negantur, vt per Fran. Pegn. in d. loco, quibus in uestigandis, & detegendis is modus inter alios, de quibus diximus, & dicturi sumus, deseruit. Hæc de quibus iudex in re proposita reos interrogabit.

15 Quæ † autem, & qualia in responsionibus reorum in re proposita Iudex debeat attendere, & considerare, quod est secundum in examine circa rem propositam attendendum; & quomodo, & qualiter respõsionibus vulpinis, & cautelosis hæreticorum, aliorũve Iudex obuiare possit, quod est tertium in examine obseruandũ, dicemus infra c. 2. lib. 2.

16 Cura † etiam erit prudentis iudicis diligentius in arduis, & grauibus causis, quam in leuibus, & vilibus causis criminalibus reos exami-

17 nare; quia † circa maiora maius versatur periculum. ca. quiescamus.

18 42. dist. l. 1. §. 3. ff. de Carb. edict. & † ideo cautius agendum est. cap. vbi periculum. de electio. in 6. cum simul. ita admonet de teste tamen loquens specu. in tit. de teste. §. nunc tract. taudem. post. nu. 9. versic. item diligentius in arduis.

19 Et † reos non interroget super his, quæ sunt iuris. non enim super his interrogari debent, nec interrogati respondere tenentur. Vnde nõ interrogatur, an occiderint, an venenauerint talem, sed super facto, an scilicet percusserint, vulnerauerint, vel an aliquid, & quid dederint, quod defunctus sumpsit, vt post Signo. quem alleg. admonet Iul. Clar. lib. 5. sent. §. fin. q. 45. versi. debet autem & Caso. loquens de veneno in pract. crim. in præmissis. cap. 3. num. 13. & de vtroque Alexan. consil. 115. nu. 2. & seq. lib. 3. & diximus in Method. processus informat. lib. 2. cap. 2. nu. 119.

Nec ita etiam interrogari debent, nec rei respondere tenentur, an sint culpabiles, sed super facto interrogari, & respondere debent, an scilicet, fecerint, uel non fecerint; quia discernere, an sint culpabiles, uel non, ad iudicem spectat. vt not. Bar. in l. 1 § accusationem. in fi. per tex. ff. ad Turpil. & Bar. in cons. 115. super eo, quod quæritur vtrum potestas.

testas.quã decisionẽ ut uerã.& notabilem sequitur ẽt Bal. in l. 1. C. de lit.contes.& in auth.contra qui propriã.C.de non numer. pecu. n. 10. Maria.Soc.in c.qualiter,& quando.el ij. nu.1023.art.11.q 88. Boss. in tract.caus.crim.tit.de responsionibus à reo facien.n.17.Alex d. consi. 115.n.3.lib.3.& diximus d.c.2.n.119.lib.2.Method.process. informat. & ideo discretus iudex responsionem prædictam scilicet non esse culpabilem admittere nõ debet,quia talis responsio iuris est,& nõ facti, & est obscura:quia criminis innocentiã non declarat. Nam quis põt dici innocẽs multis modis,vel quia nõ fecit,vel quia si fecit,facere licuit,& ideo talis responsio æquiuoca est,& iudicẽ nõ instruit.ita Bal. in d.auth.contra qui propriã.n.10.C.de non numer.pec. & postea Maria.Soc.in d.c.qualiter,& quãdo.d.n.1023.si tamẽ iudex dictã responsionẽ admitteret,valeret processus,& litis contestatio tanquam generalis,nec propterea reus contumax in respondendo diceretur. vt subdit Bal.in d.auth contra qui propriam.d.n.10.& Soc.in d.ca.qualiter, & quando.nu.1024.vbi etiam ad hoc allegat Gand.

20 Et † caueat ẽt iudex,ne si videat reũ incipere dicere ueritatẽ,vllo mõ examẽ dimittat,sed cõtinuet q̃tũ poterit,& instet, quousq; ille dixerit veritatẽ saltẽ quo ad principalia.nec curet prãdiũ, uel cenã dimittere,seu prorogare:frequentius.n.repertũ est,quod interruptis ita confessionibus reorũ,qui iã inceperunt dicere veritatẽ,redeunt ad uomitum,& ueritatẽ,quã aperire inceperãt,habito consilio deteriori, non amplius dicunt.ita admonet Dir.Inquis.3.p.n.108.in decima cautela.

21 Et † maxime obseruet,ut postq̃ suã fecit interrogationem, sinat reũ respondentẽ suas partes agere,nec illum interrumpat, donec respondeat:remoraretur.n.dum interruptione consilium capit ad dicẽdam veritatẽ.& si aliquid ex eis quæ à iudice fuerũt in interrogatione proposita,negauerit reus,alio illud argu mẽto ab eo extorquere conetur.

22 Et † si reus fatebitur delictũ,vt homicidiũ, ne forte innocentẽ dãnari contingat,quia metu tormentorum confessus fuerit,dẽt iudex cautus ab eo perquirere,quibus armis vulnerauerit, & vnde dicta arma habuerit,vbi posuerit,vel habeat,& deinde mittere dẽt p dictis armis. & ita videre,an verisimile sit,quod cũ d.armis homicidiũ cõmissũ fuerit,sciscitãdo,& perquirẽdo à medicis,& ab aliis,qui vulneratũ curauerũt,vel interfectũ uiderunt.ita admonet Iudicẽ,ut sit ita cautus,Maria. Soc.in d.c.qualiter,& quando,post n.1102.ubi ẽt admonet Iudicẽ, ne reũ,qui de furto inquireretur,innocẽtẽ dãnet, si fateretur,vt ab eo perquirat,ubi,à quo,quã rem, quo tẽpore furatus fuit,quid de re, quã furatus est,fecerit.ita.n.perquirendo,nõ facile cõtingere põt,vt innocens condẽnetur.vt ibi per eũ,qui vt in homicidio, vulnere, & furto, ita ẽt in cæteris delictis faciendum esse generaliter iudicẽ admonet, secundũ uarias delictorũ cõtingentias ibi n. 1104. qua de re late nos in Method.processus informat.lib.2.c.1.n.46.& aliis pluribus seq.

SVMMARIVM.

1 *Rei,qui sunt persona graues, an diligentius quàm leues examinari debeãt,*

& cum

& cum decenti decore.

2 *Rei,qui sunt simplices,& rustici,simplici interrogatione examinandi sunt.*

3 *Rei disciplinis imbuti qualiter interrogandi.*

4 *Rei pertinaces diligentius,quàm alij sunt examinandi.*

5 *Rei pertinaces,& suspecti interrogandi sunt,etiam interrogationibus ad rem non pertinentibus.*

6 *Reus, ut et testis, à Iudice noscendus est num timidus,num ambitiosus, num prudens,num constans,num infamis.*

7 *Interrogare iudex dēt nō aspere probos,et uerecundos, id enim sæpe proficit.*

8 *Mitigatur sæpe Reus modestia interrogātis,qui aduersus infestātē pugnasset.*

De præcautionibus respectu personarum Reorum obseruandis. Cap. III.

1 PErsonarum Reorum † obseruatio versatur in cōsideratione, num sint graues,vt tunc nō solū diligēter examinētur,sed ēt cum decēti decore,vt de testibus grauibus dixit Specul.in tit.de teste.§.nunc tra-
2 ctādū post n.9.versi.itē diligentius. Nū,leues,†simplices, vel rusticæ, & parum eruditæ,vt tunc simplici interrogatione cum ratione quadam ex natura deprompta fiat satis,nec ita diligentius,ac alij examinandi sunt,vt ēt de testibus loquēs dixit Specul. in d.loco & diximus in Method.processf.informat.lib.4.c.fi.n.355.vers.sed tamen diligenter : Nū
3 † doctæ.& disciplinis imbutæ,vt tunc locis ēt topicis, & argumētis ex
4 processu sumptis ornamentum sumat interrogatio: Nū†pertinaces & alias satis suspectæ,quia pluribus tunc verbis,& interrogationibus Iudex vti dēt,qui ita diligentius tunc eos q̄ alios interrogare,& exami-
5 nare dēt,quinimò† illos verbis capere,& inuoluere, & intercipere licet in interrogationibus,& super circunstantiis ēt non solum ad actū, de quo quæreretur,pertinentibus, sed ēt in quibus substantia rei minime consistit,vt an starent,uel sederent,& de qualitate uestium ipsorū, an tēpus esset nubilosum, vel serenum,& de similibus secundum facti contingentiam,& qualitatem indiciorum,prout testes suspecti ita interrogari possunt.vt per Specul in d.tit.de testi.§. iam de interrogatoriis.versi.& not.Azo. in sum. C.de testi.col.pen.Bal.in l.fi.in fin. & ibi Saly.C.de testi.& in l.2.§.editiones. 2.not.ff.de eden.Alc.cons.153. col. 5.in fi.& consi.seq.n.7.vol.5.Dec.cons.448.n. 27.& in l.ea est natura. n.5.vbi Cagn.ff.de reg.iur.Natt.cōsi.537.n.24.vol.3.cum aliis per nos cōgestis in d.li.4.Metho processf.Informat.c.fi.n.19.& admonet Quin. d.c.7.lib.5.Orat.instit.de testibus,loquēs,(quod & ad reos satis est ac-
6 cōmodatum)noscendum † esse testem,& ita etiam reum;nā si timidus, terreri potest;si iracundus,concitari;ambitiosus inflari;prudēs vero,
7 constans.infamia criminum destruendus;Probos † quosdā & uerecun-
8 dos non aspere incessere profuit;nam sæpe † qui aduersus infectantē pugnasset,modestia mitigatur, ut etiam admonet Quint.in d.loco.Iā de arte interrogandorum Reorum dicendum est.

Finis Libri Secundi.

FLAMI-

FLAMINII CHARTARII I. V. C. VRBEVETANI,

THEORICAE, ET PRAXIS INTERROGANDORVM REORVM.

Liber Tertius.

SVMMARIVM.

1 *Iudex in interrogatione reorũ laborare debet circa debitas interrogationes.*
2 *Interrogationum reorum quædam sunt substantiales, quædam cohærentiales quædam ad cautelam, & quædam inutiles, & quæ istæ sint.*
3 *Quæritur in omnibus, quæ fiunt, an facta sint, deinde aut quare, aut ubi, aut quando, aut quomodo, aut per quem facta sunt.*
4 *Reus suspectus interrogari debet ubi fuit, & cum quibus comedit tempore commissi delicti.*
Mendacium facit indicium. ibid. & nu. 7.
5 *Reus interrogari debet, an habuerit conuersationem cum illis, qui fortè fuerunt participes in delicto.*
Suspicio oritur ex conuersatione. ibid.
6 *Reus interrogari debet ubi, & in quibus locis solitus erat conuersari.*
Conuersatio mala est malæ operationis indicium. ibid.
7 *Reus examinandus est sigillatim super quolibet indicio.*
8 *Reus interrogandus est de omnibus illis, in quibus tergiuersari, & curiã eludere inquirentem poterit.*
9 *Iudex interrogando reum, non debet per multiplicia interrogatoria tollere defensiones, quas ueras esse cognouerit.*
10 *Interrogationes reis faciendæ sunt seruato certo quodam ordine.*
11 *Exercitus turbati sibi ipsi sunt impedimento.*
12 *Constituta, & examina reorum sine ordine tumultuantur, & sine rectore fluitant.*
13 *Iudex quo quidque ex indicijs loco interrogari expediat, ordinare debet, deinde, ut interrogationes ipsæ in ordinem digerantur.*
14 *Reus in grauibus, non est de omnibus in uno constituto interrogandus, sed in pluribus.*
15 *Reus pluribus, & diuersis uicibus interrogandus est.*
16 *Interrogationes reo faciendæ multiplicandæ sunt, etiam circa eosdem articulos, & quando.*
17 *Interrogationes omnes reo faciendæ in hæc duo partiuntur, res, & personas.*
18 *Constituti, & examinis reorum initium sumũt aliqui à qualitate personæ rei.*

19 *Perso-*

19 *Personis quot accidant.*
20 *Filij similes sunt parentibus.*
21 *Mores proprij gentibus sunt.*
22 *Ciuitatum leges,& instituta,& opiniones differentiam habent.*
23 *Latrocinium facilius in viro,veneficium in fœmina credendum est.*
24 *Aetatis ratio habenda est,quia aliud alijs annis magis conuenit.*
25 *Educatus,& institutus ubi quis sit,maxime refert.*
26 *Libidinis species frequenter in argumentum ducitur.*
27 *Credi id non debet in diuite,ac paupere,propinquis, amicis, clientibus abundante,ac his omnibus destituto.*
28 *Conditio personæ inspicienda est,vt an clarus,vel obscurus quis sit , an magistratus, an priuatus,an ciuis,an peregrinus.*
29 *Auaritia,iracundia,misericordia,crudelitas,seueritas afferunt fidem frequẽter,aut detrahunt.*
30 *Victus inspicitur, an luxuriosus, an frugi, an sordidus.*
31 *Studia quoque personarum intuenda sunt,an rusticus,an negociator, miles,nauigator,medicus.*
32 *Ante acta , dictaque spectanda sunt.*
33 *Præsentia ex præteritis æstimantur .*
34 *Ira,pauor animi est temporarius motus.*
35 *Consilia præsentis,& præteriti,& futuri temporis etiam personis accidunt.*
36 *Nomen in argumentum rarò cadit,nisi cum ex causa datum est: aut & ipsum alicuius cogitationis attulit causam.*
37 *Reus interrogandus est de eius genere,patria,educatione, disciplina, bonitate,prauitate,& de alijs,quæ personæ accidunt.*
38 *Constituti prima pars continere solet communiores interrogationes de qualitate personæ ipsius rei.*
39 *Quod potissimum in crimine hæresis obseruandum est.*
Educatus in locis suspectis de hæresi labe hæresis creditur infectus. ibid .
40 *Interrogatorium primum quod esse soleat in constituto reorum.*
41 *Interrogationes reo faciendæ in initio examinis quales esse debeant post primum interrogatorium.*
42 *Interrogationes reo faciendæ primo esse debent secundùm aliquos circa aliquid firmum,summo firmissimum,imbecilliora medio.*
43 *Reus in initio monendus est,summo impellendus.*
44 *Reum aliqui interrogant ad potentissima ab infirmissimis deueniendo.*
45 *Reum aliqui interrogant eo ordine, vt facti seriem sequantur uel collectam ex processu,uel excogitatam.*
46 *Epilogus constitutorum qualis esse debeat.*
47 *Reorum pars est,quæ facilè delictum fatetur,pars quæ nolit.*
48 *Rei,qui facilè fatentur,qualiter interrogandi sunt.*
49 *Rei,qui inuiti ueritatem dicturi sunt, summa arte interrogandi sunt.*
50 *Rei,qui inuiti veritatem sunt dicturi,circuitu aliquo longius sic repetita interrogatione examinandi sunt.*
51 *Singula quæ non prosunt,multa iuuant.*

52 Rei in duplici sunt genere, aliqui enim banniti, & condemnati, aliqui inquisiti tantum.
53 Banniti, & condẽnati qualiter interrogãdi sunt, quo ordine, et arte remissiuè.
54 Rei argumentis conuinci debent, vt voce etiam propria scelus confiteantur.
55 Iudicis reum interrogantis præcipuum instrumentum est argumentatio.
56 Consequentia quæ dicatur.
57 Antecedens quid.
58 Consequens quid.
59 Ars interrogandorum reorum quæ sit, & quomodo ita fiant interrogationes longius repetita percunctatione.
60 Falsitatis habet imaginem quod est inuerisimile.
61 Antecedens si est necessarium, consequens etiam erit necessarium.
62 Testamentum de falso suspectum est, in quo in extraneos facta est hæreditatis distributio, cum in primo in suos.
63 Testamentum de falso est suspectum, quando testator sorores habebat, & in testamento extranei prælati sunt.
64 Testamentum arguitur falsum, in quo uenientes ab intestato exclusi sunt.
65 Formula interrogandorum reorum ad deprehendendum, an inter hæredes institutos, & testatorem benemerita intercesserint.
66 Mendacium suspectum reum facit, & iunctum alijs satis est ad torquendum.
67 Falsitatis suspicio inducitur ex qualitate personæ, uel Notarij, uel utentis.
68 Confessio, esse scilicet malæ conditionis, ueluti incerta, & obscura tamquã generalis curiam non releuat.
69 Testis non probat, quem esse malæ conditionis, & famæ, nisi exprimat in specie causas, cur ille sit malæ famæ.
70 Formula interrogandorum reorum ad deprehendẽdum, an reus sit solitus falsitates committere, uel falsis uti instrumentis.
71 Formula interrogandorum reorum contra reum de homicidio imputatum ex minis ob inimicitiam ex lite ortam. & nu. 73.
72 Minæ, an faciant indicium ad delictum sequutum.
74 Formula interrogandorum reorum in homicidio per Petr. Foller. ex inimicitia, & loco.
75 Iudex reo examinato, debet statim examinare illos, quos reus nominauerit, ut de mendacio illum conuincat, si mendacium dixit.
Formula interrogandorum reorum super loco delicti. ibid.
76 Reus facile ea fatetur, quæ sibi nocere non arbitratur.
77 Interrogatio una ex altera deducenda est, ut etiam responsio rei in uno ex altero recta sit deductio.
78 Argumentationis vitium, uel rectitudo non tam consistit in ueritate, uel falsitate propositionis, quàm in recta, uel non recta unius ex altera deductione.
79 Iudex, an reum argumentis inuoluere possit.
80 Interrogandi modus, affirmatiuam, quam Iudex uult extorquere, sub interrogatione comprehendendo.
81 Sed in notorijs tantum practica hæc interrogandi reum obseruanda est.
82 Probatio per testes est inartificialis.

83 *Testes cum reo negante confrontandi sunt, ut acrius uisis, & auditis testibus vrgeatur.*
84 *Testes per confrontationem cum reo dicuntur recepti parte citata, nec alia repetitione opus est.*
85 *Testes reo negante debent examinari parte citata.*
86 *Torturæ subijci reus non potest testibus non examinatis parte citata.*
87 *Testes recepti ante litem contestatam fidem non faciunt.*
88 *Testium confrontatio quando facienda est.*
89 *Processus non corruit, licet testium confrontatio omittatur.*
90 *Testium confrontatio, an in crimine hæresis facienda sit.*
91 *Testium publicatio fieri non debet in crimine hæresis. & nu. 98.*
92 *Testium confrontatio in crimine hæresis fieri potest; quando testes complices sunt eiusdem criminis cum reo.*
93 *Testes, ut confrontentur cum reo, cogi, & compelli possunt, quemadmodũ cogi possent, ut examinentur.*
94 *Testes de falso suspecti sunt, qui recusant coram reo confrontari.*
95 *In testium confrontatione cum reo quæ à Iudice præcauenda sunt. & nu. 97.*
96 *Testes diuersi in tempore, & loco de falso suspecti sunt.*
97 *Testium confrontatio non nisi re cognita facienda est contra Dominum, Patrem, & simile, quibus reuerentia debetur, uel quorum timetur potentia.*
99 *Testium nominum publicatio fieri non debet ob potentiam reorum, etiam extra causam hæresis.*
100 *Testium nomina confusa, & separata à dictis testium ad potentiam reorum danda sunt, & quare.*
101 *Senatus Mediolanensis semel iussit, ut nomina testium in causa homicidij nõ ederentur, nisi arbitrio Iudicis.*

De arte interrogandorum Reorum. Cap. I.

1 IN † interrogatione ipsa Reorũ debet Iudex laborare cir
2 ca debitas interrogationes, quarum † quædã sunt substã tiales, quæ sunt de eo, quod est substantialiter probandũ, & à reo substantialiter extorquendum; quædã cohærentiales, quæ consistunt in loco, & tempore, & contestibus. quædam sunt ad cautelam; quædam sunt inutiles, quæ nihil conferũt, ita Bal. in l. testium. n. 11. vers. venio ad testium. C. de testi. & quæ sunt ad cautelam, & inutiles, alias debitæ tamẽ sunt quoad suspectos, ut su-
3 pra diximus lib. proximo. c. 3. Et in † omnibus delictis, quæ committũ tur, quæritur, an facta sint à reo, deinde aut quare, aut vbi, aut quãdo, aut quomodo, aut per quæ facta sint, vt omnia hæc in omnibus, quæ fiunt, quærenda esse dicit Quint. lib. 5. Orato. instit. c. 10. & satis cõstat ex formula constituti, quam ponit Nouel. in prac. cri. fol. 28. & in alijs positis per Mille. in prac. crim. fol. 83. 88. 91. 93. 96. 98. in quibus omnia hæc sunt, & de his omnibus quæritur. & tradit Bartol. in l. fin. ff.
4 de quæstio. quatenus ibi admonet Iudicem, quod † reum suspectum

interroget, vbi fuit, & cum quibus comedit tempore commissi delicti, quoniam si in mendacio desuper deprehenderetur, oritur contra eum indicium, vt per eũ ibi. & post eum admonet Fran. Caso. in prac. crim. trac. 2. c. 4. in fin. & diximus in Method. processus informat. lib.
5 3. c. 8. n. 41. ut etiam † interrogari debet an habuerit conuersationem cum illis, qui forte fuerunt participes in delicto, cum ratione conuersationis huiusmodi reus reddatur etiam suspectus, ut reum ita interrogandum esse in specie admonet Foller. in d. verb. & si comparẽt an-
6 te contumac. examinentur. nu. 7. qui dicit ibi n. 14. bonnm † esse interrogare vbi, & in quibus locis solitus erat conuersari, quia mala conuersatio est malæ operationis indicium. l. si plures. §. quamuis, ff. de ad
7 mi. tut. & tandem † examinandi sunt, atque interrogandi sigillatim super quolibet alio etiam indicio; quòd si reperiantur in mendacio, maxima erit præsumptio contra eos. ita generaliter Iudicem admonet Mille. in prac. crim. fol. 88. n. 1. & Foller. in d. loco. n. 8. qui etiam ibi n.
8 11. admonet Iudicem, quod † finaliter studeat, reum interrogare de omnibus illis, in quibus uiderit posse eum tergiuersari, & Curiam eludere inquirentem, vt ex his valeat omnes rescindere cauillationes, calumniasque, falsas negatiuas, & quælibet alia obstacula, quia sic ab eo extorquebit, quas poterit facere defensiones, & quæ ueræ sint, quæue falsæ, & materiam remouebit fabricandi falsum, & decipiẽdi Curiam.
9 Admonet † tamen Iudicem, quod si viderit verè inquisito aliquas cõpetere defensiones veras, & non falsas, eas per multiplicia interrogatoria non remoueat, quia si hoc faceret, reus esset gehennæ.
10 Sed † certo quidem ordine hæc per Iudicem exequenda sunt. Vt. n. opera extruentibus satis non est, saxa, atque materiam, & cætera ædificanti utilia congerere, nisi (vt inquit idem Quintil. lib. 7. Orat. instit. in præfatio.) disponendis ijs, collocandisque artificium manus adhibeatur: sic interrogando quemlibet abundans rerum copia cumulum tantum habeat, atque congestum, nisi illas easdem dispositio in ordinem digestas, atque inter se commissas deuinxerit. Neque enim (subdit ibi Quint.) quanquàm fusis omnibus membris statua sit, nisi collocentur, & committantur; etsi quam in corporibus nostris aliorum ve animalium partem permutes, atque transferas, licet habeat eadẽ omnia, prodigium sit tamen. Et actus etiam leuiter loco moti perdunt,
11 quo viguerunt, usum: & † turbati exercitus sibi ipsi sunt impedimẽto:
12 Sic † constituta reorum hac virtute carentia tumultuẽtur necesse est, & sine rectore fluitent, nec cohæreant sibi, multa repetant, multa transeant, uelut nocte in ignotis locis errantia, nec initio, nec fine proposito casum potius, quàm consilium sequantur. Quapropter totum hoc caput seruiat dispositioni.

Nemo autem à me exigat id præceptorum genus, vt quasi quasdam leges immutabili necessitate constrictas studiosi interrogandi reos feram. Esset interrogandi modus, & regula prorsus facilis, ac parua: sed mutatus sæpe causis, occasione, necessitate, & responsionibus reorum.

Atque

Atque ideo res in latrunculatore præcipua consilium est, quia uarie, & ad reorum responsionem conuertitur: Quid enim si præcipias Imperatori, quoties aciem instruat, dirigat frontem, cornu vtrinq; promoueat, equites pro cornibus locet. Erit hæc quidem rectissima fortasse ratio, quoties licebit: sed mutabitur natura loci, si mōs occurret, si flumē obstabit, si collibus, siluis, asperitate aliqua prohibebitur. Mutabit hostiū genus, mutabit præsentis conditio discriminis, nunc acie directa, nunc cuneis, nunc auxiliis, nunc legione pugnabitur: non nunquam terga etiam dedisse simulata fuga proderit. Ita interrogationes faciendæ reis, an continuæ, an diuisæ, recto, an ordine permutato causæ qualitas, & indiciorum, occasio, & necessitas docebunt, ac & responsiones reorum, quæ interrogantem à recto interdum mutant, atq; hāc præse virtutem ferunt, quòd plerunque illum ducunt in viam detegendæ ueritatis. late fusum opus est, & multiplex, & prope quotidie nouū, & de quo nunq̄ dicta erunt omnia. Quæ sunt tamen tradenda, quidq; ex his optimum dicere experiar.

13 Sit † igitur discretus ordo, & recta quædā locatio prioribus sequētia annectens, dispositio utilis rerum, ac indiciorum in locos distributio. Vt primum in vniuersum ex his quæ multa urgent contra reū indicia; quo quidq; loco dici expediat, ordinetur, deinde vt interrogationes ipsæ in ordinem digestæ, atque inter se commissæ deuinciātur. Multa enim quandoq; contra reum urgent indicia: Ideo primū quicquid dici potest cogitandum est, tùm ex his, quo quidq; (vt diximus) loco dici expediat, non solum uno in examine, & constituto, sed in plu-

14 ribus etiam ordinandum est. Non † enim reus in grauibus in primo examine, & constituto de omnibus interrogari debet, sed de quibusdam tantum, de aliis postea in aliis examinibus, & constitutis, quinimo & in eodem constituto interdū expedit aliqua relinquere, aliòq;

15 transire. Et † multiplicari ita debet examen, & constitutū pluribus vicibus, quia pluribus, & diuersis vicibus rei interrogandi sunt, & dicit Foller. in prac. crim. d. verb. & si comparent ante contumac. examinē-

16 tur. n. 4. & † multiplicari etiam debent interrogationes sic, quod per multiplicationem interrogationum etiam circa eosdem articulos, eademq; indicia ueritas habeatur, quia modo reus vnum dicit, modo aliud, vel uarius comprehendetur, vt docet Direct. Inquis. 3. p. n. 104. in 6. caut. & Franc. Marcus decis. 672. n. 8. par. 1. admonet tamen Direct. Inquisi. in d. loco 19. hoc maxime obseruādum esse, vbi de rei pertinacia constat, cum aliàs multiplicatio hæc interrogationū (subdit ille) facienda non sit, præsertim circa eosdem articulos, eademq; indicia, & diuersis temporibus, ne leuiter ad uariandum reus inducatur.

17 Omnes † igitur interrogationes per Iudicem reo faciendæ (ut illas in hæc duo partiamur, res, atq; personas) aut rei personam respiciunt, aut res, idest delictum ipsum, ac indicia, & præsumptiones, quæ reum ipsum indicant. Et quoniam in primis argumenta sæpè à persona de-

18 ducenda sunt, aliqui † sumunt initium examinis à qualitate personæ ipsius

18 ipsius rei,& ad res deinde transeunt. Personis † autem non quicquid
19 accidit,exequuntur,sed inde argumenta sumi possunt.Ea porro sunt,
20 Genus,nam† similes parentibus,ac maioribus suis filij plerunque creduntur,& nonūquam ad honeste,turpiterve viuendū inde causæ fluūt.
21 Natio,nam & † gentibus proprij mores sunt,nec idem in Barbaro,Ro
22 mano,Græco probabile est.Patria, quia † similiter etiam Ciuitatum
23 leges instituta,opiniones habent differentiam Sexus, vt † latrociniū
24 facilius in viro, ueneficium in fœmina credas. Aetas, † quia aliud
25 aliis annis magis conuenit. Educatio † & disciplina, quoniam refert à quibus, & quo quisque modo sit institutus. Habitus corporis,
26 † ducitur enim frequenter in argumentum species libidinis, robur
27 petulantiæ, his contraria in diuersum. Fortuna, † nec enim idem credibile est in diuite, ac paupere, propinquis, amicis, clientibus abundante, & his omnibus destituto. Conditionis etiam distātia est,
28 † nam clarus, an obscurus; magistratus, an priuatus: pater; an filius; ciuis,an peregrinus; liber,an seruus;maritus, an cælebs: parens libe-
29 rorum, an orbus sit, plurimum distat.Animi natura † etenim auaritia,iracundia, misericordia, crudelitas,seueritas,aliaq; his similia af
30 ferunt fidem frequenter, aut detrahunt: sicut † victus luxuriosus, an
31 frugi,an sordidus quæritur. Studia quoque † nam rusticus, forensis, negociator, miles,nauigator, medicus aliud,atque aliud efficiunt. In tuendum & quid affectet quisq; locuples videri,an disertus, iustus, an
32 si potēs.Spectantur † anteacta,dictaq;: ex præteritis † enim æstimari
33 solent præsentia. His † adiiciunt quidam commotionem: hanc accipi volunt temporarium animi motum,sicut iram,pauorem. Consilia
34 † autem & præsentis, & præteriti,& futuri temporis,etiam si personis
35 accidunt, referenda tamen ad illam partem argumentorum videntur, quam ex causis ducimus, sicut habitus quidam animi,quo tracta
36 tur amicus an inimicus.Ponunt † in persona nomen,quod quidem ei accidere necesse est, sed in argumentum rarò cadit, nisi cum ex causa datū est, aut & ipsum alicuius cogitationis attulit causam. hæc esse,quæ personæ accidunt,unde argumenta sumi possunt, ad uerbum
37 tradit Quint.lib.5.Orator.instit.c.10.de argumentis. De his † igitur fieri debet diligens interrogatio,scilicet de genere, natione, patria, educatione,disciplina,bonitate,prauitate,tempore præterito, societate,& amicitia,moribus,& verbis,& alijs huiusmodi; quoniam suspicionum argumenta ex his sumuntur, vt optime admonent Oratores, vt Quintil.in d.loco.& antea Cice.lib.2.Rhetor.ad Heren.& Gand.in tract.cri.tit.de præsump.& copiose,ac diligenter Fran.Caso. in prac. cri.trac.1.de indic.ex persona.c.1.& multis seq.& tradit etiam Simā. Cathol.instit.tit.50.n.17.& tit.44.nu.14.& in prac.hæreseos,ti.27. nu. 1.Direct.Inquisi.3.par.nu.74.& Franc.Pegn. in anno.ad eū ibi. Schol. 19.col.2.versi.& interrogatus vnde est.& nos latius omnia prosequuti sumus in Method.process. informat.li.3.c.26.nu.140.& aliis seq & c. 27.nu.95.& aliis seq.& quod diximus de reo interrogādo de ætate, ob

aliam

aliam etiam causam fit.quia si minor se maiorem dixerit, sibi præiudicat,nisi restituatur,quod potest.ita Foller.in prac. cri. in verb. & si comparent ante contumac.examinentur.n. 6. & diximus infra hoc li.
38 c.3.nu.9.& ideo solent † Iudices in prima parte constitutorum diligenter reos interrogare,ex qua patria,natione, familia, cognatione sint,apud quos educati, quos habuerint magistros, præceptores, socios,amicos,cuius sint exercitii,& professionis,vbi habitent, & habitauerint,& conuersati fuerint:& si reperitur, quòd originē, & patriā mutauerint,interrogantur,quare mutauerint Patriam, & se transtulerint ad cōmorandum in tali,& talibus locis: Quid ante perditè, quid flagitiose,quid impie fecerint, & an vnq̄ ita d aliquibus delictis fuerint inquisiti,processati,& condemnati,de quibus,quo tempore, & in quo,seu quibus locis,& ita rei de prædictis omnibus, vel de aliquibus in prima parte constitutorum interrogari solent secundum naturam, & qualitatem delicti,de quo illi inquisiti essent: & secundum responsiones formabuntur interrogationes,quousque(quod attinet ad argu
39 menta ex persona ducenda)ad propositū perueniatur. Quod † in crimine hæresis potissimum est obseruandum: nam qui in locis suspectis est educatus,facile creditur labe hæresis infectus, de cæteris uero circunstantiis idem est iudicium. & hæc omnia prudentissime docet Direct.Inquisi.3.p.n.74.quàmuis sine arte facere videatur, ut ait Franc. Pegn.d.Schol.19.col,3.in prin. vt etiam docet tales interrogationes fieri debere Repert.Inquisit.in verb.examinatio testium ver.Item nota formam.vbi format interrogatoria.& Simanc.Catholic.insti. in loco iam citato.nu.17.Hæc fere circa personas sunt,aut his similia,nec enim complecti omnia, vel in hac parte, uel in cæteris possumus,contenti rationem plura quæsituris ostendere.

Communioribus ijs interrogationibus absolutis,ad res transeun-
30 dum est.Et † in primis reus interrogari solet an sciat, uel saltem præsumat causam suæ capturæ,vel sui præsentis examinis, vel ob quā causam constituit se in carcere,si sponte comparuerit, & se constituerit, vel quomodo,qualiter,quando,à quibus,in quo loco, & ob quam causam captus fuit,vt hinc occasio interrogandi detur,& ideo iuxta eius responsionem formabuntur cæteræ interrogationes causæ ei competentes,quod omnes sciūnt, & docet Franc.Pegn.d.Schol.19.vers.com munioribus & Siman.in prax.hæreseos.tit. 27. de interrogationibus. n.3.quæ interrogatio fieri etiam solet antequam fiant dictæ communiores interrogationes,vt apparet in formulis interrogandorum reorum positis per Mille.in prac.cri.d.fol.83.88.91.93.96.98.& Folle. in pract.cri.d.verb.etsi comparent ante contumac.examinentur.nu.2. & Nouell. in pract. crimin. d. fol. 20. qui d. communiores interrogationes omiserūnt. Et ab hac quidem interrogatione solet vt plurimum examen, & constitutum sumere initium, Et † si reus cau-
41 sam expresserit suæ carcerationis, suique examinis, sequi debent interrogationes ei causæ conuenientes, ut à reo confessionem vel de-

licti, vel indicij ad illud hinc Iudex extorqueat. Et si quid forte falsū, aut sibi dissonans, vel parum verisimile dixerit, id illis prudenter obij ciendum est, vt admonet Simanc.d.tit.27.nu.3.& si talem suæ carcerationis, suiq; examinis causam expresserit, quod factum sequuti delicti scire colligeretur, interrogari potest, vt facti seriem recenseat à capite vsque ad finem, & postquàm illam sine interruptione, à qua cauendum est, recensuerit, debet seriatim super his, q̄ omisit, & obscure, & nō plenè, ac integre, dicta, & exposita fuerunt, interrogari pro d.facti maiori dilucidatione, & liquidatione ipsius rei, ratione habita probationum, ita quod cura sit Iudicis interrogantis ex ore rei totam elicere facti seriem, & commissi delicti, cum omnibus eius qualitatibus, & circumstantijs, iuxta probationes, quas Curia habebit.

At si reus dixerit, vt communiter respondere solent, se nescire, nec presumere posse causam suæ carcerationis, suique examinis, fieri poterunt d.communiores interrogationes, post quas, vel illis etiam inter-
42 dum tunc omissis arbitrio Iudicis ad rem ipsam descenditur. Et † aliqui illum in vniuersum obseruant, ac retinent ordinē: quia primo firmum aliquid ponunt, summo firmissimum, imbecilliora medio, & hoc
43 ordine reos interrogant; quia † & initio putant reum monendum es-
44 se, & summo impellendum. Aliqui † verò ad potentissima ab infirmissimis perueniunt, siue sint eiusdem generis, siue diuersi. Nonnunquam
45 † etiam aliqui eo artis genere vti solent, vt facti seriem sequātur, vel ex probationibus, indiciis, & præsumptionibus collectam, uel aliter per eos excogitatā: cogitant enim quomodo facti series, de quo reus est interrogandus, se habuerit, aut se habuisse videatur. Visa itaque, vel cogitata serie facti, vt quidque primum gestum est, vel gestum esse videtur, ita primum de eo, & reum deinde, ac temporum ordinem obseruantes, de reliquis seriatim interrogant, vt gestæ res sunt, aut vt pótuisse geri videbuntur, longius tamen semper repetita interrogatio-
46 ne, ne reus, quo Iudex tendat, facilè intelligat. Et † in ultimo, ac postremo tandem examine, & constituto enumeranda sunt, & enumerāt indicia, de quibus antea dispersè, & diffusè dictum fuit, & vnum in locum, seu constitutum cogi debent, & cogunt uariis, & diuersis interrogationibus, & monitionibus super quolibet indicio reum ad dicendū veritatem impellendo. Eligantur tamen quæ erunt grauissima, & vnūquodq; quam breuissime transeatur, vt reus ad dicendum ueritatem impellatur, non ut examen renouatum esse uideatur, & cum pondere aliquo præterea dicenda sunt, & aptis excitanda interrogationibus, & monitionibus, ut Oratorem de conclusione, & epilogo loquens admonet Cic.lib.1.de Inuent.& Quint.lib.6.Orat.instit.c.1.Hæc de ordine interrogandorum reorum in uniuersum.

Quòd autem attinet ad singulas interrogationes, primo super quolibet indicio, deinde super facto ipso, ad quod ex illis discendendū est, in ordinem digerenda, & inter se committenda sunt considerata tum
47 indiciorum, & facti, tum personarum reorum qualitate: reorū † enim
pars

pars eſt(vt ſupra diximus lib. 1. cap. 3.) quæ manifeſtè facile delictum fatetur pars quæ nolit: ſed eorum reſpõſionibus pro viribus delictum abſcõdere, vel palliare conatur, ita vt non niſi ab inuita hac parte reorum veritas extorqueri poſſit; variusque propterea eſt interrogandi
48 modus: qui † enim(vt etiam diximus d.ca.3.)delictum facilè, & manifeſtè fatentur, diutius tenendi non ſunt, ſed ſtatim de eo, quod ſubſtantialiter probandum. & confitendum eſt, interrogãdi ſunt, In his verò,
49 qui † inuiti delicti veritatem dicturi ſunt, ſummis artibus interrogãtis opus eſt, cuius fœlicitas eſt extorquere q̃ ij noluerint, vt ex Quint. & Director. inquiſit. ſupra diximus d. cap. 3. Et propterea, vt inibi etiã admonuimus, quia qui delictum fatentur, aliquibus rationibus, & excuſationibus ſe defendere ſępe etiam conantur, à ſuis, quas afferent rationibus, & excuſationibus, ſi falſas eſſe Iudex cognouerit, prudẽtibus
50 interrogationibus, & certo quodam ordine reuocandi ſunt. Non † ita ſtatim de eo, quod in iudicium venit, & ſubſtãtialiter extorquendum eſt, reos, qui inuiti uerũ dicturi ſunt, Iudex interrogare debet, ſed aliquo circuitu ad id perueniẽdum eſt, & ita longe interrogatione repetita. Reſpondebunt enim quæ nocere cauſæ non arbitrabuntur, ex quibus deinde, quæ cõfeſsi erunt eo producentur, vt quod dicere non volunt, negare non poſſint. Nam vt oratione ſparſa plerũque colligimus
51 argumẽta, quæ † per ſe nihil reum aggrauare videatur, cõgregatione deinde eorum factum conuincimus. ita rei huiuſmodi multa de anteactis, multa de inſequutis, loco, tempore, perſona cæteriſque interrogandi ſunt, vt in aliquod reſponſum incidant, poſt quod illis vel fateri quod uolumus, neceſſe ſit, vel ijs, quæ iam dixerint, repugnare. Altius igitur, & vnde nihil ſuſpecti ſit repetita percunctatione priora ſequentibus applicando, ſæpe eo Iudex reos perducet, vt inuitis quod proſit extorqueat. ita docet Quintil. d. li. 5. Orator. inſtit. ca. 7. circa teſtes de his admonens cauſæ patronum, quæ tamen & ad reos ipſos referenda ſunt illis etiam ſatis accommoda. Cuius rei licet ſine dubio nec diſciplina vlla in ſcholis, nec exercitatio tradatur, & naturali magis acumine, aut vſu contingat hæc virtus, vt poſt Quintil. & alios ſupra diximus in præfatio. Ars tamen quædam tradi poteſt, quam in gratiam Tironum ſtatim indicabimus.
52 Rei † quorum pars eſt, quæ delictum facile fatetur, pars quæ nolit, ſunt in duplici genere: Aliqui enim ſunt iam banniti, & condemnati: Aliqui verò qui ſolũ ſunt inquiſiti, vel accuſati, uariusque propterea
53 eſt etiam interrogandi modus, varius labor, & ars. Qui † enim iã banniti ſunt, & condemnati de ipſo delicto ob rem iudicatã interrogãdi non ſunt, ſed facta recognitione eorum perſonę, de qua in ſententia, ſolum ſunt deinde examinandi, ut ab eis de complicibus, fautoribus, & receptatoribus eorũ veritas extorqueatur, & ſæpe ita contingi, quod confiteantur etiam delictum, de quo ſunt cõdemnati, quamuis de illo directe interrogati nõ fuerint. quod qualiter, quo ordine, qua ve arte ſit exequendum ſine præiudicio ſententiæ, & rei iudicatæ, pro viribus

indicare Tironibus laborauimus in trac. [illegible] exe[illegible]ut.sent.contuma. capto bannito.c.2.per totum locum illum igitur adire non p[illegible].
Qui verò solum sunt inquisiti, vel accusati, neq; adhuc bann[illegible] & sententia condemnatoria in eos contumaces sequuta est, de [illegible] ctò interrogādi sunt,& laborandū est,vt diximus, circa debita[illegible] inter
54 rogationes argumētis† eos cōuincendo, prout Iudex argumētis reos in criminibus cōuincere dēt,vt voce ēt propria vltra testes proprium scelus confiteantur,vt d.Io.Mille.in pract.crim.fol.87.num. 65. Et ne sint abruptæ interrogationes,& ut fortè ad manum uenere,iaculētur, quò fit,vt dissolutū,& ex diuersis congestum examen cohærere nō pos
55 sit,præcipuum† quidem reos interrogantis instrumentum argumentatio est,quoad extorquendam ab eis veritatem delictorum, falsasq;
56 responsiones refellendas,uti solemus.Hæc autem est,qua† consequentia dici solet,oratio.s.in qua unum ex alio inferri demonstratur, quæ
57 duplici parte constat,ex antecedenti,& consequenti. Antecedens† est
58 illa propositio,ex qua altera infertur; consequens† uerò ea ipsa quæ infertur,vt Logici,& nostri etiam Doc.satis norunt.His Iudices reos interrogantes admonentur,vt non statim reos interrogent de ipso delicto,uel de eo,quod circa ipsum substantialiter probandum, & extorquendum est:sed altius,longiusque interrogatione repetita aliquo circuitu,ordine,& arte,& ita argumento ad id peruenire debent. Artem autem,qua proposito quouis delicto, quibus ad illud indiciis id exe-
59 qui possit,hanc esse arbitramur. Quod cognito† crimine,ac illius cognitis circumstantijs,& qualitatibus, ac indicijs etiam, quibus reus examinandus irretitus est,quorum omnium notitiam,& sciētiam necessariam esse supra diximus lib.2.cap. 2. dēt prudens Iudex antequā ad examen procedat,ex his omnibus in mente sua primum constituere unum principale totius examinis argumētū,deinde plura ad quodlibet indicium delicti concludendum ex maiori,& minori propositione,ex quibus sequatur conclusio,quæ erit delictum ipsum,vel indiciū, de quo quæreretur, uel omissa maiori propositione constituat enthymema,vel consequentiam,& consequens erit delictum ipsum, uel indicium,quod quæritur.& ita procedendo ad examen ipsum,reus nō erit statim interrogandus de ipso delicto,vel de indicio, sed omissa maiori propositione,quoniam semper est iuris,est primò interrogandus super minori,uel antecedenti,quod semper facti est, & ita ad conclusionem,atque ita ad delictum ipsum,vel indicium descendendū est. exēpli gratia,si reus esset inquisitus de falsitate testamenti,quod ex eo falsum esse argueretur,quia testator præterita propria nepte, ipsum reū extraneum instituerit:vtiq; istius processus principale fundamentum erit ad concludendam in hoc capite falsitatem,quod ex inuerisimilitudine sumi potest,& ita in mente sua Iudex totius processus argumē
60 tū hūc in modū fabricare poterit. Oē† quod est inuerisimile falsitatis habet imaginē,ut inquit Bal.in l.1.C.de seru.fugit.Alexā.cons.2[illegible] in fi.vol.2.Dec.consi.644.col.4.Soc.Iun.consi.61.n.35.volu. 2.& alibi
sæpe

ſæpe in eius conſiliis per nos relatis in Method.proceſſ.informat. lib. 3.c.13.n.111.vbi late de côiectura falſitatis ex inueriſimilitudine. dictum teſtamentum eſt inueriſimile,ergo falſum , ſeu falſi ſuſpicione laborat.quod argumentum eſt in darij,& ita optimum,vt norũt Logici. Vel argumẽtatio enthymema,ſeu conſequentia ita conſtitui pôt. hoc teſtamentum eſt inueriſimile, ergo falſum præſumitur, quæ bona eſt conſequentia,quia quod eſt inueriſimile falſitatis habet imaginẽ, vt
61 diximus.cum † ergo antecedens ſit ita ſecundùm Doctor. neceſſariũ, ẽt conſequens erit neceſſarium ex regula Logicorum.& c.cum quid.de reg.iur.in 6.vbi Dyn.& reliqui.& ſcribentes omnes in l.1.ff.de iuriſd. omn.iudic.Menoch.conſi.366.n.47.lib.4.Rim.Iun.conſi.507.nu.53.& conſ.552.nu.6.lib.5.& dicta concluſio,quæ ſequitur ex d.maiori,& minori propoſitione,ſeu ex d.antecedenti, eſt ipſum delictum falſitatis, de quo quæritur,quod ita concluditur, & probatur ex d.maiori propoſitione,ſuper qua,cum ſit iuris.reus(vt diximus) interrogandus nõ eſt:non.n.reus interrogatur,nec interrogari debet ſuper his,quæ ſunt iuris,vt ſupra diximus d.c.2.lib.2.n.19. Secundo probatur ex minori prædicta,quæ in d.conſequẽtia,& enthymemate eſt antecedens, ſuper qua,cum ſit facti,eſt reus interrogandus,ſcilicet ſuper eo, quod facit d.teſtamentum inueriſimile.& ita ſucceſſiue debet Iudex aliud formare argumentum in mente ſua ad probandum d. minorem propoſitionem,vel antecedens.ſ.teſtamentum eſſe inueriſimile ex eo,quod teſtator inſtituit extraneũ propria nepte præterita, & ita ſuper minori ꝓpoſitione huiuſmodi, vel antecedẽti huius argumẽti ſuas debet facere interrogationes.altius ſic ſemper,longiuſq́ue repetita percũctatione. Et quoniam ex eo hoc argumentum deduci poteſt,quia eſt côtra naturalem rationem,quod quis præferat extraneũ ſuis, niſi aliqua benemerita,& non leuia fuerũt cum extraneo,cum nullo modo veriſimile ſit, quod ſi nulla cum extraneo præceſſerunt beneficia, & benemerita, ꝙ d.extraneus fuerit verè inſtitutus præterita propria nepte,ſed falſo fa
62 bricato teſtam. & ideo † ſuſpectum habet ſecundum teſtamentũ Cur. iun.in côſ.178.nu.10.in quo in extraneos facta erat hæreditatis diſtributio,cum in primo in ſuos.& Barb.conſil.58.volu.1.præſumptionem
63 † ſumit falſitatis,quia teſtator ſorores habebat, & in teſtamẽto extra
64 nei prælati erãt,prout ẽt Signor.conſi.149,in fi.teſtamentum † arguit falſum,in quo venientes ab inteſtato excluſi erãt. debet Iudex ex ceſſatione benemeritorum huius inſtitutionis extranei inueriſimilitudinẽ ex ore rei inquantum pôt extorquere : ſuper ipſis igitur benemeritis, & beneficijs reus erit interrogandus,ſed non ẽt ſtatim de illis directe, & aperte;quia ſi directe,& aperte de dictis beneficijs, & benemeritis interrogaretur,vt an aliqua contulerit in teſtatorem beneficia, vtiq; ſtatim intelligeret,quod de his interrogatur ad concludendã falſitatẽ teſtamẽti,ſi negatiuè reſpôderet,nulla ſcilicet præceſſiſſe benemerita, & ꝓp ea facile illi eſſet d.beneficia,& benemerita ſtatim confingere, ne de falſitate ex hoc argumẽto côuincatur: ſed aliquo ideo circuitu,

F 2 & al-

& altius, longiusque repetita interrogatione ad id peruenire prudẽs Iudex curare debet ex ante actis,& consequutis inter eos.& ita lõgius à minori,vel antecedenti repetita interrogatione initium erit examinis à cognitione testatoris, & successiuè reliquæ interrogationes ex his,quæ vnquam inter ipsum reum hęredem institutum,& testatorem intercesserunt,ex quibus an benemerita præcesserint, vel non præcesserint cognoscamus.vt† interrogando pluribus interrogationibus,& secundum quod responsiones rei postulabũt. An cognouerit puta Ambrosium Antonij de Vrbeueteri(ita enim ponamus testatorem nuncupari,)& à quo tempore,& quæ fuerit causa cognitionis. An ab eo tempore citra,quod Ambrosium cœpit cognoscere, conuersatus cum eo fuerit, & quam conuersationem cum illo habuerit. An aliquid inter eos intercesserit,vel factum fuerit vnquam,& quid,& quale. An vnquã occurrerit,quod d. Ambrosius aliquid fecerit pro ipso constituto, & quid,& quomodo,& qualiter. An etiam vice versa occurrerit,quod ipse constitutus aliquid fecerit pro d.Ambrosio,& quid, & quomodo,& qualiter,& qua occasione.

65

Et ita paulatim longius sic repetita interrogatione ad ea descẽdat quæ inter testatorem,& reum constitutum intercesserunt unquam, & hac via quærat scire Iudex à reo,an verè aliquid beneficii, & benemeriti in ipsum testatorẽ contulerit, qui ita moueri potuerit ad ipsũ hæredẽ instituendũ propria nepte præterita, & si nullum beneficium esse collatum confessus fuerit,vel ex eius respõsionibus, & ex ante actis id colligeretur, iam curia ex ore ipsius rei probatam habet falsitatis præsumptionẽ ex inuerisimilitudine ductã, sin autẽ reus beneficia, & benemerita confixerit,poterit prudẽs Iudex veritatẽ inquirere eorũ, quæ ipse reus ita cõfinxit,& si in mẽdacio deprehenderetur, hoc præsumptioni ex inuerisimilitudine ductę additur indicium.mendacium

66 †enim reum suspectum reddit.ita ut s[illegible]dicio,quæ oritur ex mẽdacio, iuncta cum alijs ad torquendum sufficiat secundum communẽ Doct. opin.vt ex Carrer & alijs testatur Iul.Clar.li.5.sent.§.fi.q.21.vers. mẽdacium.& Natt.cons.499.nu.7.vol.3.Plot.in l.si quando.§.53. nu.11.C. vide vi.Cachera.decis.Pedemont.79.nu.17.& alij vbique.

Et idem ordo, eademque ars obseruanda est ad extorquendũ à reo confessionem super quolibet alio ad delictum,de quo quæreretur, indicio.vt pro conclusione ponat in mẽte sua Iudex indiciũ illud, quod à reo vult extorquere,deinde maiorem constituat,& minorem,vel antecedens,ex quibus illud sequatur,& super illis reum prius interroget semper altius,lõgiusq; repetita,vt supra,interrogatione. Vt si falsitas d.testamenti ex qualitate personæ vel Notarij de eo rogati,vel vtẽtis,

67 quia malæ essent conditionis,& tamẽ ẽt argueretur: qualitas † enim personæ Notarij,vel vtentis plurimum tribuit ad inducẽdum, vel reijciendum crimen falsi,vt si similia ij facere sint cõsueti, suspicione falsitatis irretiti dicãtur, vt de Notario Cyn.& Salyc.in l.fi. C.de fal.Par. cons.57.nu.36.vol.4.Crau.cons.134.num.34.vol.1. cum alijs pluribus

pet

per nos congestis in d. Method. process. informat. lib. 3. cap. 23. n. 82. & alijs seq. & de vtente idem Cyn. & Salyc. in d. loco. Bar. in l. 1. C. de iuram. calum. Bal. cons. 42. vol. 5 Boss. in tract. caus. crim. tit. de fals. nu. 8. Doct. in l. iubemus. C. de probat. & diximus etiam in d. cap. 23 nu. 90. non est reus, vel sit Notarius, vel qui vsus est d. testamento, statim super hoc indicio ex qualitate eorum personæ sumpto interrogãdus, an videlicet sit malæ conditionis, & famæ, tum quia sine dubio negatiuè respondebit ita aperte interrogatus; tum quia ēt quod ita fateretur,
68 eius † cõfessio veluti incerta, & obscura tamquam generalis curiam non releuaret. iuxta tradita per Bald. cons. 77. col. 2 & consi. 78. col. 2. post med. li. 3. Cyn. in l. 2. col. 12. vers. sed quæro quid deponant. cum alijs, vt per Crau. cons. 134. nu. 6. lib. 1. sed de causis interrogandus est, ex quibus sequitur, quod reus est malæ conditionis, & famæ in eodem genere mali, ex sentẽtia Bal. in d. cõs. 77. & 78. quem refert, & sequitur
69 Crau. d. consil. 134. num. 6. vbi, † quod deponens quem esse malæ famæ non probat, nisi in specie dicat causas, cur sit malæ famæ, quia aliàs ꝓbatio incerta dicitur, & obscura tamquam generalis. Et non statim ẽt de causis huiusmodi interrogandus est, sed adhuc etiã altius, longius-
70 que repetita interrogatione, vt in Notario. An vnquã aliàs fuerit carceratus. Quo tempore, in quo loco, & ex qua causa carceratus fuit. Quomodo à carcere liberatus fuit, & An vnquam causa, & occasione instrumentorum à se rogatorum, & quorum, aliquam receperit molestiam, & an à curia, & à qua, vel aliter, & ex qua causa. An vnquam contra aliquod instrumentum à se rogatum aliqua fuerit data exceptio, & quæ. Et An particulariter exceptio falsitatis, contra quod instrumẽtum, à quo, coram quo Iudice, quo tempore, & ex quo capite, & quid inde sequutum fuerit.

An ipse causa, & occasione huiusmodi de falso cõdemnatus fuerit, & ita an similia falsa instrumẽta fabricauerit, & pœnam, quam passus fuerit, vel aliàs persoluerit. Et in vtente, vt, An aliàs vnquàm vsus fuerit aliquo instrumento in iudicio, vel extra. Quo instrumento, contra quam personam, in quo loco, seu tribunali, coram quo Iudice. Quid inde sequutum fuerit: & quem d. instrumentum, seu instrumenta sortita fuerint effectum. An contra d. instrumentum, seu instrumenta, quibus ipse vsus fuerit, aliqua fuerit data exceptio, & quæ, & à quo. An ita occasione vsus huiusmodi aliquã receperit molestiam à curia, vel aliter, & quã molestiam. An de falso fuerit exceptum, & quid inde molestiæ contra eũ sequutũ fuerit, quidve ipse passus fuerit. An ita similibus falsis instrumentis usus fuerit, quo tempore, contra quem, seu quos, coram quo Iudice. An causa, & occasione huiusmodi condemnatus fuerit, & in quam pœnã, & an illa executioni demandata fuerit, & quomo
71 do. Et in † iudicio cõtra interfectorẽ puta Martini Blasij de Cortiano ex minis ob inimicitiam ex lite maioris partis bonorum per d. Martinum mota in domo puta Sẽpronij Bartholomæi, dum ibi prãderet cũ ipso Sẽpronio, Caio, & Seio emanatis, nõ etiam statim de ipsis minis,

quæ

72 quæ † sunt indicium ad homicidium sequutum. Blanc. de indic. n. 183. Boss. in trac. caus. crim. tit. de indic. n. 44. Nouel. in prac. crim. fol. n. 25. vbi de communi, & etiam ex communi Iul. Cla. qui alios alleg. d. q. 21. versi. minæ præcedentes. reus interrogandus est, sed altius, longiusque
73 repetita interrogatione hunc in modum, vel similem. An † cognouerit Martinū Blasij de tali loco, & à quo tempore, & quæ fuerit causa cognitionis. An cum illo aliquam vnquàm habuerit litem, de qua re, cuiusve momenti, & quantitatis. A quo tempore, & coram quo Iudice. An in d. lite fuerit, & sit reus, vel actor. Et si reus, An ægre tulerit d. litem motam fuisse contra ipsum per d. Martinum. Cur ita ægre tulerit. An cum aliquibus causa, & occasione d. litis ita motæ per d. Martinū alloquutus fuerit, & quibus verbis, & sermonibus, & cum quibus, quot vicibus, & in quibus locis, & si negauerit interrogabitur. An cognoscat Sempronium, & à quo tempore. An vnquam in eius fuerit domo, quo tempore, quot vicibus, & ad quid agendum, Quidve egerit, & an alij, cum ipso fuerint. & qui in d. domo, dicto tempore, seu temporibus. An vnquàm cū d. Sēpronio in d. eius domo pransus fuerit, & quo tempore. An alij etiam cum ipsis pransi fuerint, & qui. Quomodo, & qualiter ita conuenerunt in simul in d. domo. An cognoscat Caiū, & Seium. An ij vnquam in d. domo cum ipso, & d. Sēpronio pransi fuerint, quo tempore, & die. Quomodo ita insimul ibi conuenerint, & Qui fuerint eorum sermones, quos seriatim explicet. An de d. Martino aliqui fuerint inter eos sermones, & qui, & qua occasione An causa, & occasione d. litis tales fuerint sermones, & quis horum sermonū promotor fuerit. Et Quid ipse particulariter dixerit causa, & occasione d. litis. An aliquid, & quid dixerit cōtra d. Martinum. An ita contra illū minatus fuerit, & quibus minis; ad quas ita ex ore Rei extorquendas ita altius repetita interrogatione laborādum est, prout & in aliis extorquēdis indiciis in quocunq; crimine ita laborandum est, & vna, eadēq; regula in omnibus deseruiat. quā formulā examinādi reos ita altius, longiusq; repetita interrogatione satis indicat Io. Mille. licet artē non aperiat in prac. cri. fol. 83. tit. formula reorum interrogā-
74 dorum. & d. fol. 88. 91. 93. 96 98. vbi de eadē formula. & † ex eo Foller. in prac. cri. d. verb. & si comparent ante contumac. examinātur. nu. 2. qui præsupposito homicidio per reum constitutum commisso in persona Titij Marci de Vrbe sub die 26. Maij 1546. formulam desumens ex Mille. in d. loco. quam tamen multis additis illustriorē effecit, licet nec ipse artem aperiat, longius repetita interrogatione dicit hunc in modum reum esse interrogādum, incipiēs à causa capturæ rei, deinde ad indicium ex inimicitia, & ex loco descendit. Videlicet Qūo, & qualiter, & ex qua causa reperiatur captus, vel in Curia. Si cognoscebat Titium Marci de Vrbe, vbi, & quomodo. Si d. Titius erat ei amicus, aut inimicus, & ex qua causa. Si aliquo tempore fuerit cū eo in rixa. Si ab eo fuerit offensus, vbi, & qūo. Si cum eo loqui solebat, cum ei obuiam fortè veniret, quibus præsentibus, & à quo tempore. Vbi sit

nunc

nunc Titius, quid feratur de eo, quis ei talia retulit, quibus pręsentibus. Vbi fuerit de Mense Aprilis ann. 1545. Si fuerit absens aliquo tempore à Ciuitate, & per quot dies, & vbi fuerit. Cum quibus cōmoratus fuerit, cum quibus dormiuerit. Quis eum viderit in d. loco, cū quibus cōuersatus fuerit. Si aliquo die d. Mensis, quo dicit se fuisse absentem, reuersus fuerit in Ciuitatē, vel semper steterit absēs. Et deinde Iudex descendat (inquit ille) ad Mensem Maij, quo fuit crimen cōmissum, & similia interrogatoria faciat, & alia, vt natura facti expoposcerit, demū descendat ad verū annum, & mensē cōmissi criminis, & similia faciat interrogatoria, quia sic intercipiet eum, quia in primis interrogatorijs in anno, & mēsibus nō cōmissi criminis ponet oēs eius defensiones, credēs esse illū annū, & mensē, in anno, & mense, cōmissi criminis sucinctè pertrāsibit. hactenus Foller. in d. loco. de formula interrogādorū reorum. qui ēt admonet Iudicē (quod est & artis genus) quod
75 † ipso reo examinato confestim curet examinare illos, quos ille nominauit, vt sic valeat intercipere eum in mēdacio, & varietate, & examinet alios, qui forte dicant se eum vidisse in Ciuitate eo die, & mense, quo asserit se fuisse absentem: nec expectandum est, quod reus ad largam positus, illos à se nominatos examinare faciat ad sui defensionē; quoniā tūc Iudex certus nō est, quod subornati non fuerint, vt admonuimus in Metho. procesſ. inform. lib. 5. c. 2. de Testibus, n. 1. & seq.

Et quoniam reus interrogandus est vbi fuerit tempore cōmissi delicti, vt supra diximus ex Bar. & alijs n. 4. Animaduertendum est, quod etiam respectu d. loci directe non interrogetur, sed similiter longius repetita interrogatione: si. n. directe interrogaretur, an fuerit in loco cōmissi delicti, sine dubio negaret: sed vt facilius id fateatur, interrogādus est in quo loco fuerit per duos, vel tres dies ante cōmissum delictū, nō tamen ita aperte, vt si die Dominico 20. Mensis Octob. 1586. delictum commissum esset, interrogandus est, in quo loco fuit die Iouis, quæ fuerat diēs 17. d. Mensis Octob. Item quid fecerit. d. die Iouis à mane vsq; ad serū, & in quo, seu quibus locis dormiuerit, & cum quo, seu quibus comederit, & in quo loco, & postq̄ de his omnibus rationē reddiderit, est interrogandus deinde quid à d. sero Iouis fecerit vsque ad diem sabbati, & reddat similiter rationem de omnibus, quæ fecit, cum quibus cōuersatus fuit, & vbi comederit, & dormiuerit, & ita successiue interrogādus est de successiuis illius actionibus à die sabbati usque ad tēpus cōmissi delicti, & ita reus ijs interrogationibus reddens rationem de omnibus, quæ fecit ante cōmissum delictum, ad locum commissi delicti necessario perueniet, si ibi fuit, quia delictum cōmisit: & ita successiue interrogetur de omnibus, quæ & vidit, & fecit in d. loco cōmissi delicti: & licet id nō fateatur, remanet tamen contra ipsum indicium ex assistentia in loco. Blanc. de indic. n. 236. Et si etiam reus negabit fuisse in loco delicti, & de mendacio cōuinceretur, nō solum de loco cōmissi delicti, sed ēt de aliis, quia veram nō reddidit rationem de loco, in quo fuit tēpore cōmissi delicti, vt nec de aliis locis, in qui-

bus

bus antea fuerat, ne ad locũ delicti ita perueniret, saltem indiciũ ex mendacio ductum resultabit. Bar. in d.l.fi. de quæstio. cum concord.

Potest etiam reus reduci ad locum commissi delicti retrorsum gradiendo, vt si commisso delicto die Dominico 17. mensis Octobr. 1586. interrogetur, quid ipse fecerit, & in quo, seu quibus locis fuerit die Mercurij, qui fuit dies 20. d. Mensis, & ita reddita, de hac die ratione, quid item fecerit die Martis & in quo, seu quibus locis fuerit, & cum quibus etiam fuerit conuersatus, sic cogẽdo reum interrogationibus reddere rationem de tempore retrorsum, quousque ad tempus ita retrorsum commissi delicti perueniatur. Vt si reus dixerit die Mercurij fui in tali loco, & quid etiam ibi fecerit. Interrogari debet ex quo loco ad illum locum peruenerit, & quomodo, & qualiter. & quid fecerit. & si alium locum designauerit. Interrogabitur similiter ex quo alio loco ad illum peruenerit, & quid etiam ibi fecerit, sic gradiendo retrorsum vsquequo perueniat ipse reus ad locum commissi delicti, quod si fatebitur, Curia intentum habet, sin uero mendacium dixerit de d. locis, ne ex illis ad locum commissi delicti perueniret, indicio mendacii haud leuiter grauabitur.

Et de mendacio conuinci poterit circa prædicta, si interrogabitur cum quo, seu quibus conuersatus fuerit, vel alter fuerit alloquutus, & quid fecerit, quando fuit in d. locis. & deinde confestim examinabuntur omnes illi, quos ipse Reus nominauerit, qui si alter dicent, quàm reus ipse dixerit, iam de mendacio illum conuincunt. quod & censuit faciendum Foller. in d. verb. & si comparent ante contumaciam examinentur. nu. 2. in fin.

Et hoc est, quod supra di mus ex Quint. quod nõ statim reus de eo est interrogandus, quod in iudicium uenit, sed aliquo circuitu ad id perueniendum est, & ita altius, longiusque, & vnde nihil suspecti sit, repetita percunctatione priora sequentibus applicando. quod & satis etiam indicat idem Quintil. lib. 5. Ora. instit. c. 12. dum ibi docet, quod quæ in alterius rei probationem ducimus, ipsa probanda sunt. occidisti virum, eras enim adultera, prius de adulterio conuincenda est, vt cum id cœperit esse pro certo, fiat incerti argumentum, & ita de singulis. qua arte Iudex sæpe reos perducit, vt inuitis, quod prosit, extorqueat, & quod dicere non volunt negare non possint. Quod non alia
76 crediderim ratione euenire, nisi quia † cum reus super his, quæ à delicto ipso, de quo inquiritur, satis distare, & nihil ita suspecti habere uideatur, interrogetur, ea facile fatetur, quæ sibi nocere nõ arbitratur.
77 Sed animaduertendum est à Iudice interrogante, quod † interrogationum vna ex altera deducatur, vt ita etiam responsio rei in vno ex
78 altero recta sit deductio. Nam † vitium, vel rectitudo argumentationis non tam consistit in veritate, uel falsitate propositionum, & ita in interrogatione, vel responsione contentorum, quàm in recta, vel non recta vnius ex altera deductione, ex sententia Tolet. in introductio. in dialect. Aristotelis lib. 1. cap. 8. Hinc probare non possum, quod nimis gene-

79 generaliter docet † Iul. Clar. lib. 5. sent. §. fi. d. q. 45. versi. debet aūt. qui admonet Iudicem, quod in huiusmodi examinibus faciēdis recto tramite procedere debeat ad finem veritatis indagandæ, non autē reum inuoluat, & ad confitendum delictum inducat. Argumentis. n. ut supra reus inuitus ad dicendam veritatem cogendus est, nec aliter recto tramite, idest directe super delicto interrogandus est, sed lōgius repetita percunctatione, vt superius diximus, & authoritate prædictorū Doct. & vsu, qui ita obseruat, cōprobatur: nec ita etiā sequenda est formula, quam ponit Nouell. in prac. cri. fol. 28. qua nimis recto tramite, & sine arte aliqua cum reis, qui inuiti veritatem sunt dicturi, procederetur.

80 Alij † aliam artem docuerunt, quod tamen attinet ad ipsas singulas tantum interrogationes non in ordinem digerendas, & inter se cōmittendas, vt. s. Iudex reum non interroget interrogatiue, & sub conditione, puta si hoc fecit, vel dixit, sed sub interrogatione affirmatiuā, quā vult, comprehendat, puta cur hoc fecisti, vel dixisti? cur vestem cruentam habebas? nā hæc confitendo, & delictum, quod in interrogatione ista præsupponitur, præceps fatetur. ita docet Fab. Monteleo in pract. crim. literar. arbitr. par. 6. q. 6. fol. 492. nu. 10. authoritate tum veteris, tum noui testamenti in pluribus locis supra per nos aliud agentes ca. 11 lib. 1. relatis. Abimelech. n. dixit Isac, perspicuum est quod vxor tua sit, cur mentitus es sororem tuam esse? vt Genes. cap. 16. Et Pilatus etiā quando Iesum D. N. interrogauit, nō dixit, si tu ex Rex Iudæorum; sed dixit, tu es Rex Iudæorum? Sic quoque Moyses ad Aaron dixit, quid tibi fecit tunc populus, vt induceres super eum peccatum maximum? vt Exo. c. 32. Ita Samuel Sauli, qui publice holocaustū obtulerat, loquens dixit, quid fecisti? idest quare hoc fecisti? hoc eodem modo interrogādi vsus est Deus omnipotens, dū Cayn, qui in eius conspectu Abel fratrem suum occiderat, dicens, Vbi est Abel frater tuus? Genes. c. 4. & dū dixit Adæ, o Adam vbi es? Genes. cap. 3. Et magnam quidem vim habet interrogatio hæc, quia ita interrogatus in oculis habens id de quo interrogatur, ad illud respondet, & affirmatiuam in interrogatione comprehensam sua imprudens includit responsione, illamq; ita
81 præceps confitetur. Sed † non nisi in notoriis hac interrogatione Iudex vti debet. tunc. n. cautus esse potest ita reum interrogādo affirmatiua, quàm à reo vult extorquere, in interrogatione cōprehensa, prout in notorijs huc iterrogandi modum docuit Fab. Monteleo. in iam citato loco. vel nisi alias reus cōuictus esset, vel aliās ita inditiatus, ut sola desit confessio, vt alibi admonuimus in Method. process. informa. lib. 3. cap. 2. nu. 298.

Alij ad veritatem delicti à reo extorquendam testium confrontatione vtuntur tam quoad delictum ipsum, quàm quoad indicium ad illud, quando argumenta, de quibus diximus, satis non sunt, quia
82 reus adhuc in eius pertinacia persistit. & † probatio hæc inartificialis est, & per se arte caret, vt post alios dicit Quintil. lib. 5. Orato. in-
83 stit. c. 1. & Menoch de præsumptio. li. 1. q. 1. nu. 1. & seq. Nan. † vbi reus

non vult detegere veritatem,& proprium delictum, sed in negatione persistere,si per testes est conuictus,uel super delicto ipso, vel indicio ad illud,Iudex vel legere ei debet, vel per Notarium legi faciat testiū dicta,suppresis tamen illorum nominibus in crimine hæresis,in alijs criminibus nō aliter testium suppresis nominibus, ita quod reus per testes se conuictum esse cognoscat: & si adhuc in eius pertinacia perstiterit,poterit,ac debebit testes ad faciem rei confrontare,idest præsentaliter testes,& reum producere,& conciliare, vt acrius visis testibus,& commemoratis singulis delicti circunstātijs reus vrgeatur. per tex.in l. si postulauerit. §. quæst. ff. ad l. Iul. de adulter. & authoritate Doctorum.ita enim faciendum esse docuit Director. Inquisitor. 3. par.nu.99.& Fran.Pegn.in annot.ad eum ibi Schol.28.Iul. Clar.lib.5. sent.§.fi.q.45.vers.sed in proposito.Io. Roias in sing. in fauorem fidei.
84 sing.94.nu.2. & alij statim allegandi. Et † hac facta confrontatione testes dicuntur recepti parte citata,ita vt probent contra ipsum reū, nec alia repetitione parte citata opus est.Afflic.qui dicit ita practicari super 2.par.Const.Regni.rub.10.nu.20.quem refert Iul. Clar.d.vers. sed in proposito.prout opus esset testium repetitione parte citata,ni-
85 si hæc fieret confrontatio:reo † enim negante debent testes parte citata examinari super veritate ipsius delicti, vt tenent cōmuniter Doct. vt dicit Card. Alex. quem refert Iul. Clar.in loco præalleg. vbi etiam
86 alios alleg. & subdit, quod valde grauiter erraret Iudex, qui omissa tali testium repetitione,ad torturam, & cōdemnationem procederet:
87 Nam † testes recepti ante litis contestationem nullam fidem faciunt contra reum, cum sint examinati ipso non citato, vt dixit idem Iul. Clar.d.lib.5.sent.§.fi.q.11.vers.item quæro.& q.50.uers. item quia. & nos late diximus in Method.process.informat.lib.5.cap.2.num.48. Et
88 † fit hæc confrontatio,& fieri solet,ut dicit Iul.Clar. d.q.45. vers. sed in proposito,quando testes deponunt tale quid, quod de directo contrariatur ei,quod reus dixit in suo examine:& facienda omnino est, quando testes de visu contra reum deponerent, & hoc in casu eā omnimo fieri vult Senatus Mediolani,ut dicit Iul. Clar. in d. loco.qui ēt dicit,tunc faciendam esse,quando testes sunt inter se contrarij,& quā do depositio testis non nisi mediante inspectione ipsius rei certificari potest,puta quando testis dicit illū non de nomine, sed tantum de visu agnoscere,vel quando eum per signa describit: nam eo casu reus illi exhibendus est, ut eum recognoscat, ut per eum ibi, & diximus in Method.process.informat.lib.5.cap.2.nu.500. vbi etiam diximus quo
89 modo exhibitio hæc fieri debeat. licet si † confrontatio cum reo omitteretur,processus non corrueret,secundum Iul.Clar.in d.loco:non enim pro validitate processus necessaria est,sed in practica obseruatur ad hoc,vt in ipsa confrontatione veritas melius elucescat, ut per eum ibi,& Io.Roias d.sing.94.& Fran.Pegn.d.Schol.28.& lib. 1.cap.5. de causis,& remedijs difficultatis iuris prudentiæ. qui ait, quod ideo fieri præcipitur,quoniam ex præsentia accusatorum, seu testium reus

vix poteſt euadere iudicium & veritatem diffiteri. Nā vbi delatores, & teſtes ſingulas delictorum circūſtantias commemorauerunt, titubabit reus, nec poterit commodas adducere reſponſiones.

90 Sed † hoc in crimine hæreſis, quamuis in aliis delictis fieri ſine dubio poſſit, maiorem habet difficultatem. Et vbi teſtium periculum ex confrontatione non immineret, confrōtatio fieri poterit, aliàs ſecus, vt per Direct. Inquiſi. in verb. prouiſo ſolemniter. §. ſequūtur cautelæ. verſ. teſtiū cautela. Io. Roias d. ſing. 94. & Franc. Pegn. d. Scho. 28. & iure cōi doctrina hæc roborata videtur. c. ult. §. ceſſante. de hæreti. lib. 6. vbi diſponitur, vt ceſſante periculo teſtium nomina reo publicētur, vt ſe plenius defendere poſſint, & ex cōi tradit Iul. Clar. lib. 5. ſent. §. fin. q. 49. verſ. habetq; eadem ergo ratione poterunt ſimul cōfrontari reus, & teſtes, vbi neceſſitas id poſtulauerit. Tutior tamen in hoc crimine

91 hæreſis videtur contraria opin. Franc. Pegn. d. Schol. 28. Nam † ſi teſtiū nomina publicari reo non debent, quod multis conſtitutionibus cautum eſſe docuit idem Franc. Pegn. Schol. 129. ſuper q. 75. 3. par. Direct. Inquiſ. ſanè multo minus confrontari teſtes, & reus debent. cum inde grauiſſimum ſemper periculum timeatur, ex quo amplius ſequeretur, vix eſſe, qui vellent hæreticos denunciare, aut contra eos teſtificari, atq; hanc ſentētiam ſaluberrima quadam Madriliana inſtrutione in Hiſpania cōprobat Franc. Pegn. loco prælleg. vbi eam ad verbum refert; qui tamen non ambigit, poſſe aliquando cōtingere caſum, in quo id fieri poſſit, ſed exquiſitiſſimæ conſiderationes præcedere debent, & cauſæ maximæ, & grauiſſimæ, vt per eum ibi, & Shol. 67. ea. p. 3. Direct. Inquiſi. vbi dicit, quod in ſupremo Senatu Sacroſanctæ, & generalis Inquiſitionis Romanæ nunquàm fiunt huiuſmodi confrontationes niſi re cognita, & decreto interpoſito per Illuſtriſſ. & Reuerēdiſſ. DD. Cardinales in tota Chriſtiana Republ. Inquiſitores generales, vt vel hinc cæteri intelligant, quàm caute in re tam periculoſa ſit progrediendū.

92 Et † dicit etiam, quod tunc confrontatio fieri poteſt, etiam in hoc crimine, quando teſtes complices ſunt eiuſdem criminis cum reo: hoc n. caſu manifeſtum eſt ad conuincendum reum negantem nominandos ei eſſe complices, cum quibus dicitur deliquiſſe, quare ſimiliter poterunt ei cōfrontari, neq; tunc tam cōfrontantur ut teſtes, quàm vt complices. Dicit item idem Fran. Pegn. in d. loco, quod tunc etiam fortaſſe fieri poterit confrontatio, quando teſtes viliſſimi ſunt, qui parū curant bonam, vel malam famam, quales ſunt viliſſimæ meretrices, & viliſſimi homines, qui humeris onera deferunt, & qui ſi ſunt ſimiles. quãuis tamen & hoc caſu omnem periculi ſuſpicionem procul etiam abeſſe oporteat, ſecundum eum.

93 Et † poterunt teſtes cogi, et compelli, vt confrontentur. quod in omnibus delictis, præterquam in crimine hæreſis abſolutum eſſe videtur. Nam cum teſtes ad teſtificandum cogi, et compelli poſſint. c. delictorum. de teſtib. et ibi cōiter Doct. cum alijs à nobis adductis in Metho. proceſſ. informat. lib. 5. c. 2. num. 122. eadem ratione cogi poterunt ad

realem confrõtationem; ſecus autem videtur in crimine hæreſis: quia licet Inquiſitores cogere poſſint teſtes ad teſtificandum, vt diximus in d. Metho. proceſ. informat. lib. 3. c. 26. nu. 83. cum alijs, vt per Franc. Pegn. d. Schol. 28. Non tamen in crimine hæreſis ſimilis eſt ratio in cõpulſione ad teſtificandum, ac in confrontatione; quia ibi tam graue periculum non verſatur, cum nomina teſtium de recepta ſacri officij cõſuetudine per Pont. conſtitutiones ſalubriter introducta reis non publicentur, ut conſiderat Fran. Pegn. d. Schol. 28. qui & illud addit, quod
94 in illis caſibus, † in quibus confrontatio hæc fieri poteſt, ſuſpicari põt teſtes falsò depoſuiſſe contra aliquem, ſi recuſent coram eo confrontari, præſertim ſi ſint viles, & infames. Nam in viris probatæ virtutis ſecus cenſendum eſt.
95 Et † vbi confrontatio facienda eſt, cauendum eſt, ne ſimul duos, aut omnes teſtes quotquot teſtificati ſunt contra reum negantes Iudex cõduci faciat coram ipſo reo, ſed ſinguli per ſe ei ſiſtant, & vtriuſq; dicta Notarius ſcribat. Nam ſi diuerſi fortaſſis in tempore, & loco commiſſi delicti deprehendantur, aut in alijs ſubſtãtialibus eius delicti, de quo
96 agitur, tunc † magna erit præſumptio eos eſſe falſos, exemplo eorum, qui falsò Suſannam accuſarunt, vt legitur Daniel d. c. 13. ita admonet Fran. Pegn. in d. Scho. 67. verſ. poſtremo vbi decreta. qui tamen ſubdit hoc non eſſe obſeruandum, cum teſtes, & reus ſunt eiuſdem criminis complices: tunc. n. omnes ſimul produci poterunt. ſed tutius eſt, quod ſinguli producantur, & confrontentur, ne videantur inuicem ſe inſtruxiſſe; & hac ratione teſtes ſinguli, & ſeparatim examinandi ſunt, vt diximus in Method. proceſſus informat. lib. 5. c. 2. n. 316.
97 Vt † etiam cauti Iudices eſſe debent, ſi confrontandi eſſet teſtes vaſſalli, vel famuli contra Dominum, vel filius in caſu permiſſo cõtra patrem, vel alij ſimiles confrontandi eſſent cõtra eos, quibus reuerentia debetur, vel quorũ potentia timenda eſſet: quoniã ſæpe accidit, quod coram eis uel ob reuerentiam, vel metum, & timorem, vel in eorum dicto non perſiſtunt, vel illud palliant, vel aliàs illud debilitant, ac etiam deſtruunt. Ideo tutius eſt ab hac confrontatione ſe abſtinere, cum præſertim ex eorum confrontatione ſperandum non ſit, Dominos, & ſimiles veritatem dicturos: & ſuſpicio imminet periculi tum ipſis teſtibus ita detectis, tum ipſis cauſis, quia pauci liberè teſtimoniũ perhiberẽt, ſi in cauſis potentium, ipſorum nominum & perſonarum facile publi-
98 catio fieret. Vnde † quẽadmodum in cauſis hæreſis datur copia proceſſus, ſuppreſſis tamen nominibus teſtium, quæ edenda non ſunt, ubi ſuſpicio adeſt periculi propter potentiam inquiſiti, vt diximus ſupra ex pluribus, quibus addo Pariſ. conſ. 2. n. 164. lib. 4. qui dicit, quod ita firmant cõiter oẽs ſcribentes, & d. Simanc. de hæret. c. 62. num. 9. quod conſuetudine receptum eſt, vt nunquam nomina teſtium publicentur in cauſis hæreſis, quum ſemper graue periculum credatur imminere ſi non teſtibus, ſaltem cauſis fidei catholicæ, quia pauci libere teſtimonium perhiberent, ſi nominum publicatio fieret. ita etiam Ant. Scap.
lib. 5.

99 lib.5.tract.iuris non scripti.c.41.n.6.ita † etiam ob potentiam reorũ obseruandum esset in alijs causis.vt per Iul.Clar.lib.5.senten.§.fi.q.49. vers.habetq; locum.Et ideo d.Blanc.in pract.cri.fol.38.n.80.quod ino
100 leuit practica,quod † dentur nomina testium confusa, & separata à dictis testium ob potentiam reorũ,ne possint scire,quid ab unoquoq;
101 eorum dictum fuerit. & † ita obseruauit Senatus Mediolanensis in causa homicidij,in qua propter potentiam aduersariorum permissũ fuit iudicibus in ipsa causa delegatis, vt non ederent nomina testiũ, nisi prout sibi videretur.vt testatur Iul.Clar.d.q.49.vers.habetq; locũ. qui tamen subdit,quod nunquam tamen aliàs vidit per Senatum con cedi.& Ant.Scap.d.c.41.n.3.dicit,quod id seruari non vidit vnquam. Non nisi ergo re cognita,& causæ maximæ suaderent,confrontatio te stium, nominumq; illorum editio, & publicatio in causis huiusmodi facienda erit, & Paul. III. in suo motu proprio in fauorem omnium pauperum,statuit,quod tradatur reo copia indiciorum, cum expressione nominum testium,ad hoc vt inquisitus se defendere possit, præterquam in crimine hæresis,& alijs criminibus à iure exceptis, iuxta tamen iuris dispositionem,ut in dicto motu proprio.versi.iudices prædicti.Iam satis(ut opinor)de arte interrogandorum reorum.nunc de responsionibus eorum agendum est.

SVMMARIVM.

1 *Reus à Iudice interrogatus respondere debet.*

2 *Reus respondere debet per uerba præcisa, non autem dubia, puta non scio, uel non recordor.*

3 *Reus non respondens affirmatiuè, uel negatiuè torqueri potest pro habenda affirmatiua,uel negatiua.*

4 *Torturæ ut sit locus pro habenda ueritate de delicto, debent præcedere indicia ad torturam sufficientia.*

5 *Reus ut respondeat,quæ sunt remedia ultra torturam.*

6 *Reus obscure respondens potest cogi ad clare respondendũ,& quib.remedijs.*

7 *Reus recusans respondere, an damnari possit ut confessus.*

8 *Reus recusans respondere absque rationabili causa contumax est, & habetur pro negante,uel confesso,prout suum incommodum respicit.*

9 *Brutus reos ter interrogatos non respondentes accusationi perinde ac confessos damnauit.quæ tamen opinio damnatur.*

10 *Nisi tamen in criminoso,& in reperto in fragranti crimine.*

11 *Reus torquendus est,quamuis indicia sint leuia, quando ductus ad torturam interrogatus quid sciat de tali re, respondit dixisse, & interrogatus quid dixit,respondit scriptum esse.*

12 *Reus iniuste interrogatus non tenetur respondere.*

13 *Reus non tenetur respondere,si non præcedit diffamatio, uel tale quid, quod sit loco diffamationis secundum aliquos.*

14 *Torturæ non est locus contra reum nolentem respondere affirmatiuè, uel negatiuè,quando est iniuste interrogatus.*

Reus

15 Reus non torquetur, licet nolit respondere, quando habet legitimam causam non respondendi.
16 Reus torqueri potest, quando non uult respondere, si cõstat de corpore delicti.
17 Reus pro habenda præcisa responsione affirmatiua, uel negatiua potest torqueri, quando est interrogatus super facto substantiali.
18 Et quid si est interrogatus super circumstantijs, & qualitatibus substantialibus tamen ad ipsum delictum.
19 Minor an interrogari, & moneri debeat dato ei curatore.
20 Reus interrogatus, an sit culpabilis, non tenetur respondere & non respondendo non poterit ex hoc torqueri.
21 Dilatio an sit danda reo illam petenti ad respondendum.
22 Copia inquisitionis, & indiciorum reo danda non est antequam examinetur, qua muis petatur. Et Iudex reprehenditur, qui aliter seruaret.
23 Iudex curare debet, quod reus respondeat interrogationi affirmatiuè, vel negatiuè.
24 Iudex curare etiam debet, vt nulla arte uerborum à reo veritas offuscetur.
25 Iudex debet multum prudenter, & sagaciter agere, quando uidet hæreticum, vel alium delinquentem cauillosum, versutum, & astutum.
26 Reorum cura est, & studium, ut euadant, & non deprehendantur, nec conuincantur.
27 Hæretici decem modis utuntur, ne in suis erroribus, dum examinantur, deprehendantur.
28 Eorum primus est per verborum æquiuocationem.
29 Secundus per conditionis adiectionem.
30 Tertius per quæstionis, seu interrogationis retorsionem.
31 Quartus per uerborum fictam admirationem.
32 Quintus per uerborum tergiuersationem.
33 Sextus per uerborum manifestam translationem.
34 Septimus per sui ipsius iustificationem.
35 Octauus per sui corporis fictam debilitatem.
36 Nonus per fatuitatis, seu imprudentiæ simulationem.
37 Decimus per palliatæ sanctitatis conuersationem, & speciem.
38 Iudex quibus modis occurrere possit modis, quibus utuntur hæretici, & alij delinquentes, ne in examine deprehendantur.
39 Iudex, quando reus respondendo utitur æquiuocatione, debet illum ad propositum reducere.
40 Iudex debet reos aperte interrogare, in singulis interrogationibus singulas res, non plures simul proponens.
Iudex pati non debet reum extra propositum in examine euagare. ibid.
41 Reus apertis interrogationibus obscuras reddens responsiones cogi debet ad declarandum.
42 Iudex cum reo, dum interrogatur, disputationem inire non debet.
43 Rei fatuitas, seu imprudentia, an sit uera, vel ficta, non facile põt intelligi.
44 Rei fatuitas quomodo detegi possit.

45 Demen-

45 *Dementia, & fatuitas, cum sit res inuisibilis, ex signis dignoscitur.*
46 *Dementia rei metu tormentorum detegitur, si ficta est.*
47 *Dementiæ fictæ remedium affert tortura.*
48 *Dolor, iocum, & fictionem non facile patitur.*
49 *Reus si insaniam fingat, dum ad supplicium ducitur, quid à Iudice faciendum sit. & num. 52.*
50 *Ex duobus malis minus est permittendum.*
51 *Malum minus est, reum impunitū relinquere, quàm puniendo animā perdere.*
53 *Sepultura denegatur ijs criminosis, qui impœnitentes moriuntur.*
54 *Cap. quæsitum. 13. q. 2. declaratio.*
55 *Fictis insanis si parceretur, facile esset cuique uti hac fraude, & se impœnitentem fingere.*
56 *Punitio delictorum primò, & per se refertur in bonum publicum, non in correctionem, & bonum eius, qui punitur.*
57 *Bonum publicum etiam ordine charitatis priuatorum commodis est præferendum.*
58 *Hæreticorum conuersio an expectanda sit, priusquam tradantur curiæ seculari.*
59 *Iudex admonetur quid agere, & super quo instare debeat, quando uidet reum uelle mendacium dicere.*
60 *Reus interrogatus de alterius scientia non recte respondit, illum fuisse præsentem, secus si de scientia propria interrogaretur.*
61 *Præsens fuit talis, ergo intellexit, non est bona consequentia.*
62 *Reus dicens homicidium commisisse, sed ad sui defensionem, quomodo est interrogandus ad extorquendum ab eo, an hoc uerum sit.*
63 *Statuto stante, quod accusationi simpliciter respondendum sit, an reus possit respondere, quod, si fecit, ad eius defensionem fecit.*
64 *Responsio rei incipiens à negatiua, ut non feci, sed si feci ad meam defensionē feci, habetur pro mera negatiua.*
65 *Responsio rei incipiēs ab affirmatiua, ut occidi, sed ad meam defensionem, pro confessione habetur.*
66 *Reus dicens, occidi, sed ad meam defensionem, an pœna mortis puniri possit ex ista confessione.*
67 *Tortura inferri non debet contra respondentem se occidisse, sed ad sui defensionem, & quare. & ita seruant Mediolanenses. nu. 69.*
68 *Tortura non solum purgat indicia, sed etiam probationes.*
70 *Protestatio de non torquendo reum cum præiudicio probatorū, quando prosit.*
71 *Protestatio contraria facto nihil ualet.*
72 *Innocentiæ signum est in eo, qui statim, & simpliciter respondet, siue bene, siue male: secus contra, si recurrit statim ad duplicationes, & sophismata.*
73 *Suspicio oritur contra reum, qui pauide, & trepide respondet.*
74 *Pallor vultus in reo, uariatio, & trepidatio culpam indicant. & nu. seq.*
76 *Notarius actuarius notare apud acta debet pallorem rei, trepidationem, uel alia signa ipso reo præsente, & intelligente.*
77 *Et an hæc ex interuallo annotari possint.*

78 No-

78 *Notarius pallorem rei, trepidationem, & huiusmodi annotare debet de mandato Iudicis.*
79 *Notarij officium in examine reorum est in scribendo.*
80 *Notarius pallorem rei, & huiusmodi scribere, & annotare debet, licet ipse non perpenderit, nec uiderit. & nu. 81. & 82.*
83 *Reus iam examinatus an possit respondendo se referre ad aliud examen.*
84 *Quæ de testibus dicuntur, ad reos etiam referri possunt.*
85 *Iudex ex causa bene facit, non admittere responsiones rei se referentis ad aliud examen.*
86 *Consilia, quæ dantur testibus, ac etiam reis coactis respondere sine relatione ad aliud examen. & nu. 88.*
87 *Procurator fiscalis instare potest, quod reus per extēsum examinetur, ex quo eum suspectum habet.*
88 *Testis, uel reus examinatus, & iterum interrogatus coactus per Iudicem ad respondendum sine relatione ad aliud examen, potest protestari, dicendo, dico, vt nunc mihi uidetur, quòd si constabit me aliter dixisse, hanc meam responsionem ad primam refero.*
89 *Et an Iudex hanc possit reijcere responsionem.*
90 *Notarius scribere debet verba reorum, prout ab ipsis proferuntur.*
91 *Interrogatio si unum principaliter, & aliud demonstratiuè continet, responsio simpliciter super principali recipi non debet, quia illud reus confitendo, non dicitur confiteri quod demonstratiuè continetur.*

De Responsionibus Reorum. Cap. II.

1 Reus † à Iudice iustè interrogatus respondere debet, vt supra diximus lib. 1. c. 2. & tradit etiam Card. Alex. in c. de accusatione. col. 37. circa fi. 2. q. 8. qui dicit, quod per Doct. ita communiter concluditur. idem dicit Aret. in c. qualiter, & quando. el ij. § debet. col. 4. vers. in foro autem. de accusatio. Ant. de Padilla in l. transigere. nu. 5. C. de trāsactio. & Iul. Clar. qui eos refert lib. 5. sent. §. fin. q. 45. versi. sed pone. & quidem pluries respondere tenetur, & de eodem, vt per Franc. Marcū. decis. 672. nu. 8. p. 1. per glo. in l. ij. §. quod obseruari. in verb. existimet. in fi. C. de iurament. calum. Et etiam, quod iam super inquisitione, & querela respondisset: adhuc. n. sigillatim respondere debet in interrogatoriis à Iudice faciendis: quia non sufficit negatiue respōdere, nisi ad singula quis respondeat. vt per eundem Franc. Marc. in d. deci. 672. n. 9. cum alijs supra allegat. lib. 1. c. 2. n. 13. quando autem à multiplicatione interrogatoriorum de eadem re cauendum sit, iam supra admonuimus hoc lib. c. 1. nu. 16.

Et si forte reus respondere recusat, per notarium apud acta in ipso constituto de mandato Iudicis annotari id debet. glo. in c. quoniā contra, de probatio. & in specie Claud. Battand. in prac. crimi. reg. 12. nu. 18. & tunc pōt pluribus modis reus cogi, & compelli ad respondendum: vel mulcta indict. quia factis tribus monitionibus, sub pœna, ipsum

sum mulctabit,& condemnabit ad pœnam in mandatis contentā.iuxta l.de ætate.§.qui tacuit.&.§.seq.ff.de interrogat.actio.& ibi Bar. vel captis pignoribus,vel per torturam.ita Foller.in prac.cri. in verb.& si comparent ante contumaciam examinentur.nu.3.& Paul. Granut. lib.1.theoremat.in theorema.3.n.12.vbi ex Cagn.quem alleg.d. quod hodie ita seruatur.licet ipse subdat,quod non tamen comminatio hæc vbiq; seruatur,præsertim per laicos iudices.idem & Claud. Battand. d.Reg.12.nu.18. qui & illum addit modum, vt reus cogi etiam possit respondere cōminatione cōfessionis interrogatoriorum,vt pro cōfessis habeantur,ita idē Clau.in d.loco.sed in leuibus quidem,tenuibusq; delictis Iudicis officio reus coercere debet nolens respondere captis pignoribus, mulctæq; impositione,& cominatione confessionis interrogatoriorū.At verò in atrocioribus sceleribus tormentis rei respondere cogendi sunt,ita ēt censet Clau.Battand.loco iam citato.de quo remedio ad cogendū reū respondere per torturam habetur ēt per Loca.in opere inquisitorū.in verb.reus.n.4.& in verb.tortura.n.16.

Et respondendo,dēt quidem respondere per uerba præcisa,non autem per verba dubia,puta non scio,vel non recordor, & si ita responderit,nec à responsione huiusmodi recedere voluerit,& præcise respō-
3 dere affirmatiue,uel negatiue,Iudex†debet illum factis debitis monitionibus ponere ad torturam,& ita eum cogere ad respondendum affirmatiue,vel negatiuè,ita d.Bal.in l.accusationem.post n.11.versi.super hoc melius.C.qui.accus.non poss.& talis tortura,vt dicit Bald.ibi
4 non datur reo ad eruendam veritatem de delicto: nam † ad hoc necesse esset,vt indicia præcederent ad torturam sufficiētia, vt ex communi dixit Iul.Clar.lib.5.sent.§.fi.q.64.versi.dixi etiam. sed datur ad extorquendam responsionem affirmatiuam,vel negatiuam.& hanc Bal. opin.in contingentia facti approbauit Consilium Neapolitanum, vt testatur Capic.decis.145.quem refert Foller.in pract.crim.in verb.& si confitebuntur.3.par.num.4. & in d. versi.& si comparent ante contuma.examinentur.n.3.Carrer.post Par. de Put. & Brun. quos alleg. in pract.crim.fol.88.nu.24.Maran.in Specu.in 3.p.in 4 actu iudicij,Gaspar Caballin.ad Constit.Marchiæ lib.5.c.25.nu.80.Boss.in tract.caus. cri.tit.de responsionibus à reo faciendis.nu.4.Caso.in prac.cri. tit. de tormentis.c.3.Iul.Clar.qui dicit hanc esse bonam practicam, & eā sæpe vidisse obseruari d q.45.versi.sed pone.& obseruatur in statu Eccle
5 siastico. Sed † & mulcta indicta, & captis pignoribus potest etiā reus cogi ad præcise respondendum affirmatiue, vel negatiue, vt per Mill. in pract.crim.fol.88.num.4.& seq.Foller.in d.verb.& si comparent an-
6 te contumac.examinentur.num.3.qui † & dicunt idem esse,si obscure reus respōdeat,vt per eos. Quinimmo aliqui voluerunt,† reos recusan
7 tes respondere tamquàm confessos damnari, vt refert Caso.d.cap.3.
8 num. 2. reus † enim iussus respondere recusans absq; rationabili causa, contumax est, & habetur pro confesso, vel negante, prout suum incommodum respicit. Mille. in d. pract. crim. fol. 88. num.7.Foller.

9 in d.verb.& si comparent ante contumac.examinentur.nu.3.Et † legi tur Brutum reos ter interrogatos non respondentes accusationi perinde ac confessos damnasse, vt scribit Plutarchus in vita Publicolæ. post prin.sed in criminalibus,is qui tacet,pro cōfesso nō habetur,Soc. reg.392.cum duabus seq.& Claud.Battand.qui dicit,hāc esse cōem regulam in prac.cri.reg.13.licet alias taciturnitas indiciū faciat. Carrer.in prac.cri.fol 64.in 38.indicio.& propterea opinionem hāc Bru-
10 ti non esse seruādam dicit Caso.d.c.3.n.3.nisi† forte in reo criminoso,
11 vel in reperto in fragranti crimine,vt per eum ibi,vbi etiā dicit,† tor quendum esse reum,quāmuis indicia leuia essent,quādo ductus ad tor turā,& interrogatus quid sciat de tali re,respondet dixisse, & interrogatus quid dixerit respondet esse scriptum, & aliud responsū dare nō vult:erit.n.torquendus donec respondeat,quia tenetur respondere,& replicare,vt per eum ibi.& non semel euenit,quod rei ita respondent, de quo & per Loca.in opere Inquisitor. in verb.Reus. in fi. & ideo Iac. Nouel.in tract.ad defensam,in tit.Responsiones Reorū in constitutis, n.4.instruit reos,ne ita respōdeāt, prout rustici respondere solent,sed replicet ea,quæ dixit in alijs constitutis, ne se huiusmodi responsioni suspectos reddant.vt ibi per eum.

Prædicta aūt practica primùm obseruanda est,quando reus iuste in
12 terrogatur,præcedentibus s.indicijs:tunc † enim respondere tenetur affirmatiue,vel negatiuè,aliâs secus,si iniuste interrogaretur, quia in dicia nō præcederēt,quia tunc, vt supra diximus,respondere nō tene-
13 tur.Quinimmo aliqui dicunt,quod † si non præcedit diffamatio, non tenetur reus respondere.& dicit Card.Alex.in d.c.de accusatione.col. 37.circa fi.2.q.8. quod ita Doct. cōiter concludunt· idem dicunt alij, quos refert Iul.Clar.d.q.45.vers.sed pone. qui tamen subdit,quod hoc intelligendum est,nisi præcedat s.diffamatio,vel tale quid, quod sit loco diffamationis,& ita nisi præcedant indicia,quæ loco diffamationis succedunt,vt diximus in Method.process.informat.lib.1.c.2.nu.21.& iam de indiciorum præambulo,vt reus respondere teneatur,loquūtur
14 S.Thom.& Sot.in locis supra citatis.ca.2.lib.1.& in specie , † quod locus non sit practicæ torquendi reum pro habenda affirmatiua,vel negatiua , quando reus iniuste à Iudice interrogaretur non præcedente vel diffamatione,vel indicijs,tradit Iul.Clar.d.vers.sed pone. & confir matur ex eo,quod d.Foller.in prac.cri.in verb.& si confitebuntur.n.4.
15 quod † scilicet practica Bal.intelligenda est , quando reus non habet causam legitimā non respondendi,alias.n.si causam legitimam haberet non respondendi,torqueri non posset secundum eum,quia non videtur contemnere Iudicem,ratione cuius contemptus cogi potest, vt certū respōdeat,vt dicit Bar. in l.de ætate.§.qui tacuit.& §.seq.ff. de in terrog. actio.
16 Prout † ēt procedit,& obseruanda est prædicta practica, quādo iā in genere constat delictū esse cōmissum,& ita constat de corpore delicti, sed nō cōstat de delinquēte,aliâs secus,vt per Foller.vbi supra.n.4.

17 Et † secundum eundē Foller. in d. loco. obseruanda est d. practica so lum, quando reus super facto substātiali interrogatur, videlicet, an cōmisit tale delictum, vel homicidiū, & non vult respondere, vel non dat responsionem affirmatiuam, vel negatiuam, non aūt quando nō respōdet alijs interrogationibus sibi factis concernentibus qualitates, seu circunstantias, & nō factum principale. & ita innuere videntur Doct. dum dicunt reum torquendum esse, quando non respondet accusatio ni, vel inquisitioni, prout considerat Foller. in loco prealleg. Sed Iul. Clar. d. vers. sed pone. quicquid dicat Folle. dicit, quod iudicio suo hæc est bona practica, & eā sæpe vidit obseruari non modo quādo reus nō vult respōdere super facto principali. s. an cōmiserit homicidium, vel non, sed ēt super circunstantijs substantialibus, & ad ipsum delictum pertinentibus, modo sint tales, de quibus verisimile sit ipsum recorda ri, puta quia interrogatur de facto proprio, de modico tempore, & de rebus, de quibus alij solent cōiter recordari, prout ipse Iudex conside rata facti, & personarum qualitate poterit arbitrari. nec aliter sentiūt Boss. in d. tit. de respōsionibus à reo faciēdis. n. 4. & Capic. d. decis. 145. & alij præcitati in d. locis. & ita seruādum est, prout seruari debere di cit Iul. Clar. in d. loco, & idem sentit & Vulpel. consi. cri. 34. n. 7. dū di- cit seruari d. practicā quando reus de crimine tantum, vel de eo, quod præcise crimen infert, interrogatur, non in alijs. vt per eum ibi. qui ēt sentit dictam practicam nō esse seruandā, quādo reus prima vice examinatus ad interrogata semper respondit, sed alijs vicibus ad iā dicta se referret. & peteret ea sibi legi. qua de re infra hoc eo. c. n. 83. & seq.

19 Et † si reus esset minor, vel alias non haberet legitimam personam standi in iudicio, debet interrogari, & moneri, vt respondeat dato ei Curatore, vt per Foller. vbi supra.

20 Et † si reus interrogaretur, an sit culpabilis, vel non, non etiam erit locus d. practicæ Bal. quia respōdere non tenetur, an sit culpabilis, uel non, sed super facto, an fecerit, vel non fecerit, vt not. Bar. in l. 1. §. accu satione, in fin. per illum tex. ff. ad Turpil. Alex. in consi. 115. col. 1. in fi. vol. 3. Boss. in d. tit. de responsionibus à reo faciendis. n. 17. & supra diximus c. 2. lib. 2. nu. 19.

21 At si † reus velit vtiq; respondere, sed petat dilationem ad respondendum, an velit cedere, vel cōtendere, & secundum aliquos talis dila tio danda est, & dicit Alex. in l. 1. in prin. n. 6. ff. de eden. quod ita cōclu dunt magis cōiter Doct. Sed contrariam sentētiam, quod immo super facto proprio non debeat dari reo terminus ad deliberandum, tenuit Bal. in l. cum falsum. n. 2. ff. de acqu. hæred. & hanc opin. dicit] esse cōem Aug. Arim. ad Aug. de malefic. in verb. comparuerunt d. inquisiti, & confitentur totum. n. 6. & Frāc. Conrad. fol. 28 c. nu. 2. & hæc opinio ser uatur de consuetudine. nam reus statim cogitur respondere, vt dicit Iul. Clar. d. q. 45. vers. sed hic quæro. vbi etiam refert Sali. Paul. de Cas. & alios, qui testantur, quod secundum practicam Mundi non est dandum tempus reo in criminalibus ad deliberandum, & sequitur Ant.

H 2 Scap.

Scap.lib.5 iur. non scripti.c.66.& Ant.Columb.in trac. procedendi in controuers.crim.art.176.& seq.vbi etiam reddit rationem:nam quando interrogandi habent dilationem ad respondendum,sæpe fit,ut sibi consulant,ac suas fabricent causas,& rationes. Et iudices torquendo reos pro præcisa responsione habenda, sint memores, torturã hoc in casu moderate esse dandam,& non cum compedibus ferreis, & continuatis diebus,absque unius diei interpolatione, vt admonet in specie Vulpel.d.consi.cri.34.n.10.

22 Neq; † etiam reo antequàm examinetur,danda est copia inquisitionis,& iudiciorum contra eum existentium,quàmuis eã peteret. quicquid.n.de iure sit & quicquid dicat Pract.Papiens.in forma inquisi.in verbo.fama publica.n.3.qui ait,quod licet de iure dari debeat copia inquisitionis,& indiciorum petita ante examen,male tamen seruatur in practica per istos latrunculatores auaritiæ deditos in animarum suarum maximum præiudicium,& detrimentum, & subdit quod pessime faciunt. de quo habetur et per Nauar. in c.inter verba.11.q.3.cõclus.6.n.20.& nouissime per F.Michael Salon.in commentar. in disputationem de Iustitia in 2.2.D.Thom.post huius nostræ praxis priorem editionem edito,to.1.q.69.art.2. controuersia 3. cum conclusionibus seq.vbi latè,diffuseq; rem hanc prosequitur.Ita tamen consuetudo seruat,quod scilicet reus interrogetur , & examinetur ante datas defensiones,& copiam indiciorum,prout ita quotidie practicari dicit Foller.in pract.crim.cano.fol.165.nu.6.Pract.Corrad.fol.255.in 6. limit. Iodoc.in pract.crim.fol.24.n.18.& Cagnol.in l.2.nu.18.circa fi. C.de eden.& late Neuiza.consi.75.nu.1.& seq.vbi de obseruantia, & respondet ad authoritates contrarias. Et stante hac generali consuetudine male faceret Iudex,qui aliter obseruaret in practica,ut dicit Iul. Cla. d.q.45.versi.sed quid si reus, & copiam non esse dandam reo antequã respondeat,cum de facto proprio certus esse debeat,& maxime in doctore,& quando proceditur per inquisitionem, & ad denunciationem alicuius officialis,tradit etiam Franc.Marc.decis.692.n.4.p.1. Cura

23 † ergo prima hæc erit Iudicis interrogantis,vt reus respondeat,& affirmatiue quidem,uel negatiue,ex prædictis.

24 Sequens † cura erit,ut nulla arte verborum à reo veritas offuscetur, & opprimatur.l.2.C.de eden.c.iudicantem.30.q.5.cum simil.& ita admonet Iudicem Boss.in d.tit.de responsionibus à reo facien.post nu.1. vt etiam de hæreticis loquens Inquisitorem admonet Directo.Inquis.

25 par.3. nu.87. quod quando videt hæreticum cauillosum,versutum, & astutum,vt errorem suum detegere nolit,sed per cauillosas responsiones,& tergiuersationes negocium circunducat, oportet multum prudenter,& sagaciter agere,& ad eorum cautelosas responsiones, & cauillosas attendere,& illorum versutias vulpinas,& extortas loquutio-

26 nes considerare;quia † totum eorum, vt & aliorum etiam delinquentium studium est,vt euadant,& non deprehendantur, nec conuincantur.& docet ibi Direct.Inquis.decem modos hæreticorum euadendi,

&

& sophisticandi, ac se palliandi, ne in suis erroribus detegantur, & multos etiã alios, & uarios habent modos decipiendi, & se palliandi, quos probat magis vsus, quàm ars. Et quàmuis nonnulli ex his ab hæreticis nostri seculi non vsurpentur, cognoscendi tamen sunt secundum Franc. Pegn. in d. Schol. 24. in prin. vt ex horum notitia per similitudinem ad vsitatos nunc, & alios hęreticorum proprios detegendos facilius perueniatur, & qui ad alios etiam reos examinandos, & conuincẽdos facile à prudentibus Iudicibus per similitudinẽ reuocari possunt.
27 Eorum † primus est per verborum æquiuocationem, de quo & per Repert. Inquisit. in verb. prouiso solerter. sed cum in tota oratione cõsistat, verius dicendus esset per amphibologiam, quæ tunc contingit, cum in oratione id sumitur, quod idem manens sub eodem tenore verborum plura significat, vt animaduertit Franc. Pegn. d. Schol. 24. col. 1. vers. & huius primi loci. Vt si interrogentur de corpore Christi vero, respondent de corpore Christi mystico. Vnde si interrogatur, credis tu, quod hoc sit corpus Christi, respondet credo, quod hoc sit corpus Christi, intelligẽdo de lapide, quem ibi videbit, vel de suo corpore proprio, quod est corpus Christi, quia Dei est, qui est Christus. Vel si interrogetur, credis tu Baptismum esse Sacramentum necessarium ad salutem, respondet credo, intelligendo quod ille habet credentiam, sed nõ intelligit, quod talem, sed suam, & non de isto, de quo interrogatur, sed de alijs. Vel si interrogatur, credis tu, quod Christus fuerit natus de Virgine? Respondet firmiter, intelligendo, quod firmitatem habet in sua mala perfidia. Vel si interrogetur, credis in vnicam Sanctam Ecclesiam Catholicam? respondet, credo in vnam Sanctam Ecclesiam, intelligendo de sua, & suorum complicum congregatione, quam vocant Ecclesiã, & nõ de Ecclesia nostra: semper cõuertendo intentionẽ suã ad illam partem æquiuocationis, quam in mente gerit, & sic de aliis æquiuocationibus, seu amphibologijs.
29 Secundus † est per condicionis adiectionem, vt si interrogetur, credis tu matrimonium esse secundum Sacramentum? respondet si Deo placet, ego bene credo, intelligendo, quod Deo non placet, quod ipse hoc credat. Vel si interrogetur, credis tu carnis resurrectionem? ita ego, si Deus vult, intelligendo quod hoc Deus non vult, quod ipse hoc credat, & sic de alijs condicionum adiectionibus,
30 Tertius † est, per quæstionis, seu interrogationis retorsionem, vt si interrogetur, credis tu in Spiritum Sanctum à Patre, & Filio procedẽtem? respondet, & quomodo vos creditis? & cum dicitur sibi, nos credimus, quod Spiritus Sanctus procedit à Patre, & Filio: respondet, ego ita credo, quod vos creditis, sed ego non sic. Vel si interrogetur, credis tu, quod vsura sit peccatum? respondet, & quid dicitis uos credendum super hoc? & cum dicitur sibi, nos dicimus, quod quilibet catholicus debet credere, vsuram esse peccatum; respondet, & ego sic credo, intelligendo, sic ego credo, quod vos dicitis, & sic de alijs quæstionũ retorsionibus.

31 Quar-

31 Quartus † est per verborum fictam admiratione, vt si interrogetur, credis tu Deum omnium esse Creatorem? respondet cum admiratione quasi turbatus, quid ergo aliud crederem, non ne ita debeo credere? intelligendo, quod nō debet ita credere. Vel si interrogetur, credis tu Dei filium esse incarnatum in vtero virginali? respondet cum admiratione, O Deus meus, quare me interrogatis de istis? creditis, quod sim Iudæus? Christianus sum. Scitote, quod credo omnia, quæ bonus Christianus debet credere, intelligendo, quod bonus Christianus non debet ita credere, & sic de alijs verborum admirationibus.

32 Quintus † est per verborum tergiuersationem. Vt si interrogetur, credis tu quod iurare de veritate in iudicio sit peccatum? respondet tergiuersando, credo, quod qui dicit verum non peccat, & non respōdet ad iuramentum, de quo quæritur, sed de dicendo verū, de quo non quæritur. Vel si interrogetur, credis tu, quod omne iuramentū sit peccatum? respondet, magnum peccatum est iurare in uanum. Vel si interrogetur, credis tu, quod Christus post mortem descendit ad inferos? respondet, magna fuit iniquitas Iudæorum, quam habuerunt ad Christum. & sic de aliis uerborum tergiuersationibus.

33 Sextus † est per verborum manifestā translationem, vt si interrogetur, credis tu, quod Christus post mortem descendit ad inferos? Respōdet, ò Domine Inquisitor, quantum debet quilibet cogitare in corde suo Christi mortem diram, & ego miser non facio: sum. n. pauper propter Christum, & habeo quærere mihi uictum, & sic transfert se ad loquendum de paupertate sua, vel Christi. Vel si interrogetur, credis tu, quod Christus, quādo fuit in cruce lance percussus, adhuc esset viuus? magna quæstio, vt audiui, fuit de hoc, sicut & de visione animarū beatorum est hodie: Vos Domini ponitis mundum in istis quæstionibus, pro Deo dicatis, quid tenendū est de ista quæstione, de animabus beatorum, quia nollem in fide errare, & loquutionem trāsfert ad quæstionem illam. Vel si interrogetur, credis tu, quod Christus nihil habuit in proprio, vel cōi? respondet conuertendo se ad circumstantes, ponēdo eos in verbis, vt sic euadat pro tunc responsionē, & sic de aliis verborum translationibus.

34 Septimus † est per sui ipsius iustificationem. vt si interrogetur, credis tu, quod Christus descēdit de cœlis, vel aliàs interrogetur de fide, respondet iustificando se, O Domine ego sum homo simplex, & illiteratus, qui in simplicitate mea seruio Deo, & nescio istas quæstiones, nec istas subtilitates, facile me caperetis, & in errorem induceretis, pro Deo ne interrogetis me de istis. Vel si aliàs interrogetur, de facili respondet, Domine ego sum homo, qui libenter cogito de Deo, & cogitarem libentius de suis mirabilibus operibus, & fidei articulis, & de Trinitate, & de alijs, sed postmodum mihi occurrunt quædam dubitationes de fide, quæ ponunt me in periculo: quapropter nolo nimis cogitare de talibus subtilitatibus, nec vellē etiam audire: quare pro Deo non ponatis me in istis, quia poneretis me in periculo, & errore, quod

vitare cupio toto corde. & sic de alijs eorum iustificationibus.

35 Octauus † est per sui corporis fictam debilitationem, vt si interrogetur de fide, & multiplicatis interrogationibus videat, quod non potest euadere, quin deprehendatur in sua hæresi, & errore, dicit, ego sũ valde debilis capite, & amplius sustinere non possum, placeat vobis pro Deo me modo dimittere: vel dicit, dolor nimius inuadit me, parcatis pro Deo, vado ad lectũ, & surgens ponit se in lecto, & sic pro tũc euadit, & interim cogitat qũo respondebit, & quomodo cautelose se habebit, & sic de aliis corporis fictis subitis passionibus. Et hunc modum frequenter tenent, quando uident se fore torturæ subiiciendos, dicentes se infirmos, & quod morerentur, si torquerentur, & mulieres dicũt se sæpe pati muliebrẽ passionẽ, vt sic ad tẽpus torturã euadant.

36 Nonus † est per fatuitatis, seu imprudentiæ simulationẽ, vt si interrogentur de fide, dubitantes ne per Industriam Inquisitoris in suis erroribus deprehendantur, se fatuos fingunt, menteq; alienatos, sicut fecit Dauid coram Achis, ne deprehenderetur. vt 1. Reg. cap. 21. & respondentes rident, & multa interserunt verba impertinentia, derisoria, & fatua, & sic suas cooperiunt hæreses, & errores, vt sic quasi iocose videantur dicere quicquid dicunt. Et similiter hunc modum sæpe tenẽt, quando uident se fore torquendos, vel curiæ seculari tradendos, vt talibus falsitatibus torturam euadant, seu mortem, & interdum fingũt se continuò amentes, interdum dilucida habere interualla. & de aliis simulationibus.

37 Decimus † est per palliatæ sanctitatis conuersationem, & speciem. Sunt enim hæretici à communi cõuersatione fidelium vita, moribus, & sermone dissidentes, & exteriorem habent sanctitatis apparentiã, sicut sepulchra dealbata, & deaurata exterius, quæ intus cadaueribus mortuorum plena sunt: pleni enim sunt vt plurimum superbia, luxuria, gula, accidia, & vanagloria, vt sciunt, qui eos norunt. Qua specie sanctitatis plurimos inficiunt, gentes decipiunt, & Inquisitoris iudicium euadunt. Hactenus Director. Inquisitor. vbi supra. de decẽ modis, quibus hæretici errores suos olim occultare conabantur, scilicet per verborum æquiuocationem, per conditionis adiectionem, per retorsionem interrogationis, per fictam admirationem, per tergiuersationem, per digressionem à proposito, per sui ipsius iustificationẽ, per simulationem corporei languoris, per simulationem amẽtiæ, per sanctitatis speciem, qui, vt dicit Franc. Pegn. in d. Schol. 24. in princ. & supra diximus, cognoscendi sunt, tametsi nonnulli ex his ab hæreticis nostri seculi non usurpentur: ex horum enim notitia per similitudinem ad vsitatos nunc, & ad alios hæreticorum proprios detegendos facilius peruenitur.

38 Quibus † autem modis his occurri possit, docet etiam Director. Inquisito. d. 3. par. num. 99. & de nonnullis cautelis iam supra diximus lib. 2. cap. 2. Quod verò priuatim attinet ad duplicitates uerborum, æquiuocationes, amphibologias, conditionis adiectionem,

& retor-

& retorsionem interrogationis,& simil. quibus hæretici in eorum re-
39 sponsionibus vtuntur,docet† quod non permittat Inquisitor in huius modi reum persistere,sed conetur suis interrogationibus ad propositum,de quo intendit,illum reducere. Vt si interrogetur,an credat in vnicam Sanctam Ecclesiam catholicam,& ipse respondet, se credere, intelligendo de Ecclesia eorum,quæ est Ecclesia malignantium,interrogetur subinde,de qua Ecclesia dicit,& quis præest,& si dicat, quod Papa,interrogetur,ubi moratur nunc ille Papa,& similia, prout materia poscet.& sic de alijs,ad propositum,de quo quæritur, eum semper reducendo.& ita æquiuocationis,seu amphibologiæ fallacia dissoluitur distinguendo ambiguam vocem, seu orationem:ita enim exitus, aut decipiendi via præcludetur hæretico, ut tali deceptione tueri se non possit,quod & docuit Fran.Pegn.d.Schol.24.vers.Hæc verò æquiuocationis.qui etiam in quãtum ad hæreticorum fraudes, & cauillosas responsiones vitandas,dum examinantur,attinet,illam in vniuer
40 sum regulam admonet esse obseruandam,† vt Inquisitores, quantum fieri potest,aperte eos interrogent, in singulis interrogationibus singulas res nõ simul plures proponẽtes,ad quas attentè compellant eos respondere,nusquam patiẽtes,vt extra propositum euagẽtur.quod ẽt ante docuit Direct.Inquis.vbi supra.paulo post d. n. 99. in prima cautela,& supra diximus lib.2.c.1.n.13.
41 Rursus † admonet Fran.Pegn.d.Schol.24.vers.quod si.quod si quandoque contingat, reum apertis interrogationibus obscuras, aut dubias,& ancipites responsiones reddere,iubeatur eas,priusquam ad vlteriora progrediatur, declarare, ne postea super obscuris, & dubijs propositionibus nouas excogitet fraudes. quod & supra diximus d. cap.1.lib.2.
42 Item † & admonet Inquisitorem, vt & nos in vniuersum Iudicẽ admonuimus supra d.c.1.n.16.vt dum reus interrogatur, etiam si is disputare velit,quod sæpissime callidis,& astutis contingit, nullam cũ eo ineat contentionem,sed semper ad institutum eundem reuerti cõpellat,ne tortuosus anguis possit illæsus euadere:& si hæc obseruentur,raro (vt inquit ille) proderunt suæ fraudes iniquis.
43 Quod † autem attinet ad fatuitatis, seu imprudentiæ simulationẽ, qua ratione sit intelligendum,an hæc dementia sit ficta, vel vera, non facile potest intelligi.vt inquit Fran.Pegn.d.Schol.24.col.2.versi. fingunt se fatuos. præsertim cum sint quidam adeo astuti, vt dementiam
44 fingunt,quæ veræ sit omnino similis.Cæterum,† vt subdit ibi, duobus modis detegi poterit.Primùm ex obseruatione actuum exteriorum: rarò enim contingit,mente sanos omnia mente captorum more facere.& propterea custodes diligenter aduertent vniuersas horum actiones,& verba,ex quibus dementia,et si res sit inuisibilis,satis probatur. Bar.in tract.de testi.§.opposita prudentiæ.n.95.& in l.fi.ff.de bono.possess.furio.vel infan.de la.Curt.in consi.151.n.7.& Corn.consi. 85. nu.5.
46 vol.2.Io.à Roias de hæretic.p.1.n.579.& seq.Rursus † hoc etiam detegi

gi poterit metu tormentorum, aut alterius periculi grauioris, quod minabitur ei Iudex, vbi opus fuerit. quod si nec sic resipiscant, alia re-
47 media oportuna iuxta delati qualitatẽ excogitãda erunt. Nec † si pro babiliter credatur ex actibus exterioribus, & verbis fictam esse demẽ tiam, & insaniam, à quæstione, & tortura desistendum est, vt admonet Franc. Pegn. Scho. 25. ad d. 3. p. Direct. Inqui. in prin. Immo (vt subdit)
48 sæpe contingit huic fictæ insaniæ remedium afferre torturam: nã dolor iocum, & fictionem non facile patitur: atq; in hoc casu nullum ad explorandum animi morbum, an sit verus, uel fictus, periculum videtur ad torturam insanos tradere, si aliás indicia sufficiẽtia præcedãt; nullum. n. hic mortis periculum timetur.
49 Quòd † si, quando reus ducitur ad supplicium, insaniam fingat, aut more stultorum blasphemias interdum proferat, nec velit cõuerti, maior est difficultas. Nam videbitur alicui dicendum, nullo modo tales in hoc ementito furore, aut impœnitentia perseuerantes vltimo sup-
50 plicio afficiendos: quoniã † ex duobus malis minus permittẽdum est. l. si procurator. ff. de excep. doli. l. quoties nihil sine captione. ff. de reg.
51 iur. At † minus malum videtur, tum impunitum relinquere, quàm puniendo animam perdere: differendum est igitur, aut etiam amouendũ penitus omne supplicium.
52 Sed in hoc casu ita res videtur gerenda, quoties traditus curiæ seculari, aut quilibet, qui ad supplicium ducitur, aut vt mortẽ effugiat, aut aliqua alia causa non vult pœnitere, sed fingit se dementem, & amplius blasphemat, aut inepta loquitur, vt stultus, & insanus videatur, cum tamen non sit: tunc differendum est aliquantulum supplicium, & adhibendi viri pij, & Theologi, qui omni studio, & diligentia conẽtur reum ad pœnitentiam reducere. quod si deniq; noluerit, impœnitens tandem morte pœnas luat. ita videtur non obscure innuere tex. in ca.
53 placuit. 23. q. 5. vbi dicit, Cõciliũ Bracharense † sepulturam denegare illis criminosis, qui impœnitentes moriuntur, vt ibi. similiter & de his placuit fieri, qui pro suis sceleribus moriuntur impœnitentes. indicat
54 ergo, quod etiam si non pœniteant, mori debeant. idem colligitur † ex c. quæsitum. 13. q. 2. dum dicit, & confitentur, vel confiteri desiderant. ergo non desiderantes confiteri, sed in obstinatione perseuerantes nõ sunt impuniti relinquendi. ita Cassan. in consuetud. Burg. rub. 1. des iustices. §. 5. super verb. s'il n'agrace. vers. ad unum tamen. nu. 125. & seq. quod & affirmat insignis Theologus Domin. Sot. lib. 5. de iust. & iur. q. 1. art. 2. ad secundum argu. Fran. Pegn. d. Schol. 25. col. 2. dicens huius
55 rei potissimam esse rationem, quoniam † si his fictis insanis parceretur ad euitandum mortem, facile esset cuiq; hac uti fraude, & se impœnitentem fingere.
56 Neq; obstat ratio supra in contrarium allata: quoniam punitio † nõ refertur primò, & per se in correctionem, & bonum eius, qui punitur, sed in bonum publicum, vt alij terreantur, & à malis cõmittendis auocentur, vt late diximus in Method. process. informa. in præfat. bonum

57 † autem publicum ēt ordine charitatis priuatorum cõmodis præferē dum est.nam hac etiam uia consulitur vitæ spirituali totius populi.cū quis ergo simulat furorem,plectendus est, quod etiam lege ciuili cautum est in l.congruit.§.vlt.ff de offic.præsi.ibi.vt si simulasset, plecteretur,si fureret,in carcere contineretur.ita Franc.Pegn.d.Schol.25. nec ab his dissentit Panorm.in c.excommunicamus. 1. de hæretic. nu.10.
58 vbi quærit, † an expectanda sit hæreticorum conuersio,priusquā tradantur curiæ seculari, & quamuis multo tempore expectanda sit, at si impœnitentes perseuerant, tradendi quidem sunt: tanto ergo magis ad explorandum animi morbum, an sit verus, vel fictus, torturæ tradere hunc licebit,vel alio vti remedio, in quo nullum mortis periculum timeatur.
59 Est etiam † Iudex admonendus,quod quando reus aliquid respōdet, quod verum non esse ex processu apparet,non statim illum semper admoneat ad dicendum veritatem,& vt à mendacio se abstineat,sed dēt interdum eum longius repetita interrogatione interrogare super eo, quod de mendacio eum conuincit.Et quandoq; etiam expedit tunc super dicto mendacio non instare,sed ad alia transire quando Iudex videt reum promptum esse ad dicendū mendacium,vnde nōnulla omittere satis expedit,de quibus deinde alio modo longius repetita interrogatione erit interrogandus in aliis examinibus,& cõstitutis, vel in eodem etiam,sed alio in loco pluribus super aliis interpositis interrogationibus,quo tempore non ita facile percipiens,quó tendant interrogationes,securus confitebitur,qua confessione etiam illud,quod negabat, ita vt Iudex vult;concedit esse.
60 Et † si reus fuerit interrogatus,an alter aliquid sciat, non debet Iudex illam recipere responsionem,quod nō erat,vel erat præsens: licet responsio hæc abiicienda non sit,quando reus interrogaretur, an ipse sciret.primo.n.casu,quando quis de alterius scientia interrogatur,nō sufficit,si narret,quod ille præsens esset,vel quod scit,quia præsēs erat, sed debet expresse dicere,quod ille audiuit,vel intellexit, quia attentas præstabat aures, vel aliud dicat signum apertum,ex quo eum illud
61 scire inferatur:Nam † ex hoc quod quis præsens fuerit, non sequitur, ergo intellexit, nisi quis deponat de propria præsentia, quia dicitur etiam deponere de eius intelligentia,& ideo sufficit,si dicat præsentē fuisse.ita Bart.in l.1.ff.de autho.tut.§.fin.Ias.in l.1.§.voluntate ff.solut. matrim.Alexand.consil.174.nu.5. vol.6. & ita in specie de hoc admonet Iudicem ita interrogantem Boss.in d. tit. de responsionibus à reo facien.nu. 10.
62 Solet quādoq; reus de homicidio puta interrogatus non simpliciter respondere,sed cum qualitate,vt occidi,sed ad meam defensionem,vel incipiendo à negatiua non occidi,sed si feci id,defendendo feci,tunc Iudex diligenter obseruare dēt,quod reus clarè sibi respondeat, vtrū fecerit,vel non fecerit homicidium,ut admonet Iac. Nouell. in tract. ad defensam.tit.Responsiones reorum in constitutis.nu.29.sed non est

aliter

aliter instandum, vt simpliciter respondeat, sed solum longius repetita interrogatione, vel tunc, vel alio tempore ab eo extorquendum est, an verè ad defensionem homicidium illud commiserit. admittitur. n.
63 dicta responsio nō solum de iure communi, sed etiam † stante statuto, quod inquisitioni accusationi sit simpliciter respondendum, prout disponit statutum nostrum Vrbeuetanum lib. 3. cap. 3. ita Aret. qui ostendit hanc esse ueram conclusionem in l. 1. in princ. ff. de vulg. & pupill. est materia quæ ibi ponitur, & in l. 1. § si quis simpliciter ff de verbor. oblig. & eam sequitur Boss. in tract. caus. crimin. titul. de confessis. num. 30.

64 Sed † hoc interest inter vnam, & alteram responsionem: quia si reus incipit à negatiua, dicendo non occidi, sed si occidi, feci ad meam defensionem, habetur talis responsio pro mera negatiua, vt per glos. Bal. & Doct. in l. si quidem. C. de exceptio. per Angel. de malefi. in ve b. comparent inquisiti, & partem negant, col. 2. Ias. in l. vt vim. col 3. ff. de iust. & iur. & in §. si quis. post § actiones immediate. Inst. de actio. Mars. in l. Diuus Antoni. ff. de quæstio. Boss. in d. tit. de confessis. num. 25. & num. 36. vbi dicit communem. & in d. tit de responsionibus à reo faciendis.
65 num. 2. Iul. Clar. lib. 5. senten. § fin. q. 55. versi. cautius igitur. Si † verò à confessione incœpit, dicendo occidi, sed ad meam defensionem, talis responsio pro confessione habetur, quæ pro parte acceptari, & pro parte sperni potest, ut dicit Bartol. in l. Aurelius. §. idem quæsijt. num. 2. ff. de liber. lega. qui est communiter approbatus, ut plures testantur. quos recenset Iul. Clar. in d. q. 55. versi. potest quoque reus. qui etiam dicit quod non solum hæc Bart. opinio est communi Doct. con-
66 sensu, sed etiam consuetudine approbata; Quamuis † is ad pœnam mortis non condemnaretur, ut fuit originale dictum. Abb. in c. auditis n. 32. de præscriptio. quod dicit esse commune Boss. in d. tit. de confessis. nu. 20. & seq. & Carrer. in prac. cri. fol. 237. nu. 15. & fol. 185. n. 11. & in pract. semper obseruatum dicit Gram. relatus per Iul. Clar. d. q. 55. versi. forte posset. & admirabilem hanc esse doctrinam dicit Menoch. de arbitr. iudic. casu 279. vbi recenset eos, qui hanc doctrinam sequūtur, & qui contra senserunt, quos tamen ipse non sequitur. & esse hoc dictum Abb. in solemni multū apud practicos Aduocatos dicit Mars. in sing. 185. & si quis curiosus vellet enumerare Doct. relatos per Tiraq. in trac. de pœnis. caus. 27. & alios, videbit hanc uerè esse communem opinionem, quod & dicit Io. Petr. Anchar. lib. 1. qq. familiar. q. 40. num. 3. Et propterea Iac. Nouel. in tract. ad defensam. in verb. Responsiones reorum in constitutis. num. 26. fol. 72. instruit reum, vt ad euitandam omnem dubietatem semper incipiat à negatiua, dicendo, homicidium non commisisse, &, si apparet commisisse, illud fecisse ad suam necessariam defensionem.

67 Neq; † consulendus est Iudex, ut hoc in casu deueniat ad torturam contra reū, qui ita respōdit, quod occidit, sed ad defensionem, tametsi pro ueritate habenda eum torquere possit, vt etiam condemnare, vt

voluit Bal.in l.1.C.de confessis.col.11.Clau.in d.l.vt uim.col.33. vers. 6.& vlt.ff.de iust.& iur.Lanfranc.in c.quoniam contra.in verb. confessiones.de probatio.Boss.in d.tit.de confessis.n.27.& aliâs ita seruatum fuit,vt per Gram.not.2.sed potius monendus est, ut se abstineat à tor-
68 tura,quia rei vt plurimum torti perseuerant, & † non solum purgant indicia,sed etiam veras probationes.l.edictum.ff.de quæstio.& ibi Alber.cum alijs de quibus in nostro trac.de executio. sent. contumacia
69 l.capto bannito c.2.n.60.vt mirum non sit,† quod apud Mediolanenses practica hæc torquendi hunc reum ita confitentem non seruatur,prout prædicta ratione non vidisse hanc practicam seruari testatur Boss. in d.tit.de confess.n.28.& post eum Iul.Clar.d.versi.forte posset.qui expresse hanc practicam damnat.
70 Et † licet posset hæc tortura inferri cũ protestatione,quod propter hoc non fiat præiudicium violentis præsumptionibus existentibus cõtra reum,iuxta consi.Cæpo.32.col.antepen. id tamen tutum non est, quia protestatio hæc operatur, vbi reus interrogatur in alia materia, quàm super ea,de quã conuictus est, sicut protestatio dicit, & dicere debet,aliter nihil esset,vt per Cæpo.vbi supra.esset.n.protestatio cõtra
71 ria facto,quæ nihil valet.vt not.in l.non solum.§.morte.ff.de nou. ope. nunc.& in c.cum M.Ferrarien.extra de constit. & diximus in d.tract. de execut.sent.contumac.capto bannito.d.c.2.n.71.& in specie ita admonet Boss.in d.tit.de confess.n.29.
72 Consideret † etiã Iudex,an statim, vel simpliciter reus respondeat, siue bene,siue male.signum.n.est innocentiæ.contra uerum signũ erit, quod nocens sit,qui, cum non posset se defendere, statim currit ad sophismata sua,& duplicitates,& fugas verborum,vel rerum, ne capiatur,vt ad cognoscendum hæreticum ita Inquisitorem admonet quidã vetustus Codex bibliothecæ Vaticanæ fol.88.col.3.cuius uerba ascripsit Franc.Pegn. in d. Schol.24.ad 3.p.Direct. Inquis. versi. id tamen.
73 Vt etiam † consideret,an reus audacter respondeat, uel pauide, vel trepide,vel alio modo,quo timere videatur. ex hoc.n.in suspicionem incidit,per tex.& ibi Bar.in l.de minore.§.tormenta.ff.de quæst. Boss. in d.tit.de responsio.à reo facien.n.9.Foller.in pract.crim.d.verb. & si
74 comparent ante contumac.examinentur.n.4.qui etiam † admonet Iudicẽ,ut animaduertat,an aliqua ex dictis rei variatio sit, trepidatio, & vultus pallor (quod eius arbitrio relinquitur)& omnia hæc per No-
75 tarium annotari faciat.ex † his.n.sumitur indicium secundum eũ ibi. & optime ante eum Brun.de indic.& tortu.in vlt.par.vbi seriatim omnia docet,& habetur per Mars.in prac.cri.§.diligenter.n. 74. & n. 98. & in §.quoniam.n.4.& 127.Io.Mille.in prac.cri.fol.65.n.11.& ita etiã docet Ang.Aret.de malefic. in verb.fama publica.col.antepẽ.q.9.Prout contra Reum admonet Iac.Nouel.in trac.ad defensam.tit. Responsiones reorum in constitutis.n.3.& 5.quod animose ad interrogata respondeat celeriter,nec trepidando,nec balbutiendo,aut variando.
76 Quæ † quidem omnia scribi,& annotari debent per Notarium præ-
sente

sente ipso reo, audiente, & intelligente dum examinatur, ne contradicere possit. Inno. & alij in c. quoniā contra. vbi Fely. n. 81. Dec. nu. 215. de probatio. cum alijs, vt in Metho. process. informat. lib. 5. c. 2. n. 595.
77 licet † etiam si non statim hæc annotarentur, annotari tamen debent sine magno temporis interuallo, antequàm ad alia diuertatur, aliàs Iudici non crederetur, ut post Inno & Hostié. dicit Anto. de Canar. in trac. de quæstio. in 2. memb. nu. 36.
78 Et † scribere quidem debet, & annotare de mandato Iudicis. nō. n. nisi de mandato Iudicis Notarius hæc annotare debet, aliàs non pro-
79 baret, cum eius † officium sit solum in scribendo, secundum Innoc. & alios in d. c. quoniam cōtra. & Ang. in §. & hoc super. col. 5. vers. eo mo
80 do. in Auth. vbi sponsalit. largit. Bal. in l. qui falsa. de falsis. & † annotare hæc quidem debet de mandato Iudicis, quàmuis ipse nacillationē, & alia huiusmodi non perpenderit, nec viderit. debet. n. Iudici obedire dicenti, quod hæc annotet, & scribat, secundum Innoc. & alios in d. c. quoniam contra. & Anto. de Canar. d. 2. memb. n. 40. Sed tamē illud
81 uerū est, quod † Notarius scribere debet, quod Iudex ita dixit, & mandauit, non autem quod ita sit, quia cum non viderit, scribere, non tenetur, quod ita sit, sed quod Iudex ita dixit, & iussit, secundum Bald. in l. nullum. C. de testi. quem refert, & sequitur Fely. in d. c. quoniam cōtra. n. 81. in fi. & Anto. de Canar. d. n. 40. & Bos. ad eos se remittens in trac.
82 caus. cri. tit. de opposit. contra testes. n. 145. Foller. vbi supra. Sed † efficacior scriptura esset, si ipse Notarius etiam vidisset, & perpendisset, & ideo adderet, & idem mihi videtur, secundum præalleg. Doct. & animaduertimus de testibus tamen loquentes in d. c. 2. lib. 5. Metho. proces. informat. n. 599. & seq.
83 Et † si reus aliàs examinatus iterum examinaretur super eadem re, quod quidem vbi de pertinacia rei constat, diximus supra lib. 3. c. 1. obseruandum esse, potest quidem respondere, se dicere, prout aliàs dixit, & potest Iudex hanc responsionem admittere, cum eius arbitrio relinquatur, an is reus iterato singulatim respondere debeat, vel per relationem ad aliud examen. vt voluit Bar. in l. eos. nu. 6. ff. de fals. & cū eo senserunt Soci. consi. 98, col. 9. versi. postremo etiam lib. 3. Fely. in c. in tua. n. 1. de testib. Menoch. qui alios alleg. de arbitr. iudic. cas. 109. n. 3.
• Natt. consi. 537. n. 1. & alijs seq. lib. 3. vbi nu. 8. dicit quod practica ita obseruat. & licet ij omnes de testibus loquantur, hoc tamen etiam ad
84 reos referendum est, prout † facit Boss. in d. tit. de responsio. à reo facien. n. 3. & 4. & Vulpel. consi. cri. 34. nu. 8. & seq.
85 Sed † recte facit ex cā Iudex, simplicē illā responsionē non admittere, quādo vult uidere, quo vultu, qua trepidatione reus iste deponit. d. l. de minore. §. tormēta. ff. de q̄stio. & quādo iudex suspectū hēt reū, hoc oīno facere pōt, & debet, vt de teste dixit Bal. in l. 1. §. editiones. ff. de eden. Mars. in d. l. eos. n. 4. in fi. ff. de fals. & in l. ex Ibero. nu. 15. ff. de quæstio. alios retulimus in d. c. 2. lib. 5. Method. process. informat. n. 335. & seq.
86 Bene verum est, † quod duo patent isti reo consilia, quæ testi præbet

Bar.

Bar.in d.l.eos.primum, vt petat sibi exhiberi primas suas respõsiones antequàm respondeat,& tenetur Iudex exhibere,& legere , quod sanè consilium probauit Mars.in d.l.eos.n.6.Boer.decis.108.n.9. Foller.in prac.cri.in verb.capiat informationem num.39.Boss.in trac.caus.cri min.tit.de tort.testi.nu.74.& in tit.de opposit.contra testes.num. 8. & in d.tit.responsio à reo facien.num.3.vbi,licet prædicti de testibus loquantur, hoc tamen consilium & ad reos refert.

Sed Iac.Menoch.d.cas.109.n.12.Iudicẽ admonet in hoc diligentem esse debere,vt animaduertat,an rationabiliter hoc petatur:nã si verisimile non est,iusta causa hoc peti,dẽt Iudex eum repellere, vt si factũ non esset ita perplexum,vel tã de antiquo, vel esset recẽs examinatus, vt ex integro posset iterũ recensere quod iã dixerat. & licet Menoch. ibi de teste loquatur,hoc tamen & ad reos multo magis referendũ est, qui de facto proprio interrogantur:quorsum igitur hoc peteret, si de se iã satis est instructus? potius.n.malitiose , ac dolo petere hoc videtur.Et poterit,vt præcise,& sine relatione respõdeat,illud adhiberi remedium,quod in teste prębuit Foller.in d. verb. capiat informationẽ. n.39.post.Gram.decis.34.n.4.l.docent animaduertendum esse hoc in casu,in quo interrogatus refert se ad aliud,& primũ examẽ,quod pro
87 curator †fiscalis cõpareat,& instet,quod iterũ per extensum examinetur.& variis interrogationibus interrogetur, ex quo ipsum suspectũ hẽt.tunc.n.Iudex licite ẽm eos ad ita examinandũ procedit. vt consuluit Alex.cons.90.lib.4.& cons.154.col.5.lib. 5. hæc de primo consilio.
88 Alterum†consilium est,vt cum hac protestatione respondeat,dico,vt nunc mihi videtur,quod si constabit,me iam aliter dixisse, meã hanc responsionẽ,& depositionẽ ad illam primã refero, cum tũc melius horum memor essem.idẽ censuerunt relati Mars.Boer.& Menoc.in d.locis.qui tamen de testibus loquuntur:& de reo, quem ita instruit ad respondendum,Boss.in d.tit.de responsio.à reo faciẽdis.d.n.3.sed Boer. post multos,& Menoch.in d.locis solum intelligũt, hoc procedere posse in perito,qui scit ita protestari; Nam vix est,quod ignarus hanc faceret protestationẽ:propterea,vt scribit Menoc.ibi in vltimis verbis,
89 ex causa † posset Iudex hanc protestationem reijcere,& animaduertimus in d.c.2.lib.5.Method.processus informatiui.nu.342.
90 Et † quoniã Notarij officium est in scribẽdo,vt diximus supra n. 79. & quidẽ interrogata,respõsa,dictaq; reorum,vt per Simanc.catholic. instit.tit.44.de ordine procedẽdi.n.15.in fi.& Folle.qui admonet; ita semper faciendũ esse in prac.cri.in verb.& si cõparent ante contumaciam examinentur.n.4.Iudex curare debet,prout & ipse notarius dẽt animaduertere,quod verba rei respondentis scribat eo modo,quo ab eo proferuntur,siue latinè,siue vulgari sermone loquatur.& ita seruãt boni Iudices timentes Deum, ne eorum dictatis reus aliquod ex verbis dictatis,quæ eius verba præcisa,& propria non essent, pręiudiciũ patiatur.& ita faciendum esse decreuit Paul.III.in suo motu proprio in fauorẽ pauperum.vers.ijdem Iudices,vbi & illud decreuit, quod in exa-

examine rei linguæ alterius,& idiomatis, adhibeatur vel notarius illius liguæ,& idiomatis,vel interpres.qua de re diximus in trac.de executione sent.cõtumac.capto bãnito.c.2.Quod vt obseruetur, debent statim reorũ verba dictari,atq; ex ore eorũ exiuerunt. Nec ideo tuta est eorũ practica,qui prius totam audiunt reorũ respõsionẽ,quis lõgissimam,vt quando narrant aliquod fictũ,illiusq; seriẽ,postea eã ipsi Notario dictant secundũ sensum,quẽ tenuerunt,non ẽt secundum verba, quæ non tenuerunt,nec tenere potuerunt: & putant eorum muneri satisfecisse, dummodo ita sensum tenuerint, quẽ tamen eorum dictatis interdum corrumpunt,atq; interuertunt.vt ergo à reo verba proferũtur,dictãda,& scribẽda sũt propria,& præcisa,vt præcipit Sũ. ille Põt. in d.eius motu proprio.Et si rustici,idiotæ,& rudes eorũ cogitationes interruptè explicabũt,multiplicatis interrogationibus,qđ extorquẽdũ est,explicare cogãtur.Nũc de formula interrogandorum reorum,
91 postq̃ & illud prædictis addiderim,quod nunc venit in mentẽ.† Quod si interrogatio vnũ principaliter, & aliud demõstratiuè cõtineret, ut an vulnerauerit reus N.officialẽ,nõ recipiat Iudex simplicẽ respõsionẽ super vulnere, sed ẽt super qualitate personæ offensæ demõstratiuè enunciata,quã nõ dicitur fateri vulnus simpliciter cõfitẽdo. ita admonet Mar.Soc.in c.qualiter,& quãdo.n.980.de accus.dicens habuisse de facto,& obtinuisse.& ibi ẽt idem dicit de inquisito de adulterio cũ Berta vxore Titij.de quo,& alijs exẽplis in nostro trac.de executio. sent. contum.capto bannito.cap.fi.n.379.& aliis,anteceden.& seq.

SVMMARIVM.

1 *Formula interrogandorum reorum bãnitorum,& condemnatorum remissiuè.*
2 *Rei examinandi sunt sine præsentia Aduocati, & Procuratoris.*
3 *Procurator fiscalis potest interesse examini reorum, sed pro assistentia nihil à reo percipere potest.*
4 *Minores rei sine curatore examinari debent.*
5 *Confessio minoris in criminalibus sine authoritate curatoris an ualeat.*
6 *Reorum nomina,cognomina,& patria apud acta designari debent.*
7 *Testium nomina,cognomina,& patria designari debent,ut appareat quid, & à quibus dictum fuerit.*
8 *Nomina signãdorum hominũ gratia reperta sunt,et ad homines cognoscẽdos.*
9 *Aetas reorum apud acta designari debet,& super ea rei respondere debent.*
10 *Minor, si maiorem se dixerit, sibi præiudicat, nisi restituatur, pro ut restitui potest.*
11 *Minor restitui non debet, quando dolo fecit.*
12 *Iurare rei debent de ueritate dicenda.& n.14.*
13 *Nemo cogi debet ad detegendum propriam turpitudinem.*
15 *Iuramentum deferendum non est,ubi subest probabilis suspicio periurij.*
16 *Reus falsum dicens de periurio non punitur in foro contentioso, sed solum Deum habet ultorem.*

17 *Mendacium facit indicium ad torturam.*
18 *Rei laici quõo iurant, an tactis, s. euangeliis, vel quibuscunque scripturis.*
19 *Rei clerici iurãt manibus ad pectus positis, siue sint episcopi, siue Cardinales.*
20 *Notarius in iuramento rei, uel testis debet expresse dicere, prout iurauit, manu tactis &c.*
21 *Constituti reorum initium quale sit.*
22 *Forma dictandi interrogatoria reorum.*
23 *Suggestio, quam Iudex reo facit, tegi ab eo non debet aliquo dictandi stilo.*
24 *Forma interrogatoriorum, quibus ad confrontationem testium cum reo peruenitur.*
25 *Reus in confrontatione non dẽt dicere omnia, quæ põt contra testes obiicere.*
26 *Iudex uolens testes confrontare, non debet dicere reo illos esse examinatos contra eum.*
27 *Forma interrogatoriorum quando Iudex uult legere examen testium reo ad illum conuincendum.*
28 *Forma confrontationis testium cum reo quando ad inuicem se cognoscunt.*
29 *Iuramentum testi in confrontatione est iterum coram reo deferendum.*
Forma confrontationis testium cum reo, quando ad inuicem se non cognoscunt. ibid. & nu. 34.
30 *Testes, qui reum non cognoscunt, sunt interrogandi de effigie, statura, & vestimentis rei.*
31 *Rei testibus exhibendi sunt, ut illos recognoscant, cum indumentis, & qualitatibus ipsorum reorum, si possibile est.*
32 *Facies hominis est illa, quæ principaliter hominem ostendit.*
33 *Rei testibus exhibendi, ut illos recognoscant, exhibendi sunt inter duos, uel tres ad euitandam subornationem.*
35 *Formula interrogandorum reorum secundum Repert. Inquisit.*
36 *Formula interrogandorum reorum secundum Direct. Inquisi.*
37 *Formula interrogandorum reorum secundum Iac. Nouellum.*
38 *Formula 1. interrogandorum reorum secundum Io. Mille.*
39 *Formula 2. interrogandorum reorum secundum eundem.*
40 *Formula 3. interrogandorum reorum secundum eundem.*
41 *Formula 4. interrogandorum reorum secundum eundem.*
42 *Formula 5. interrogandorum reorum secundum eundem.*
43 *Formula 6. interrogandorum reorum secundum eundem.*
44 *Formula interrogandorum ipsius Auctoris.*
45 *Decreti forma, quando reus ponitur ad largam, & datur ei terminus defensionis. & de ratione dicti decreti.*
Reus donec examinatur, & ante, retinetur in secretis carcerib. et quare. ibid.
46 *Reum existentem in secretis carceribus nemo alloqui debet. & si Iudex ex causa permittit, quam debeat adhibere cautelam.*
Reus, statim ut captus est, idest celeriter est examinandus. ibid.
47 *Reus ponitur ad largam completo processu.*
48 *Reo datur terminus ad faciendum suas defensiones, quando ponitur ad larg.*
49 *Copia processus, & indiciorum peti debet per reum.*

50 *Copia indiciorum danda est reo, etiam quod procedatur per uiam inquisitionis, & testium dicta publicanda sunt.*

51 *Copia indiciorum an danda sit ex officio, & ibi, etsi non petatur, rustico, simplici, & idiotæ.*

52 *Doctores in rebus proprijs minus sciunt, quam ceteri.*

53 *Copia indiciorum processus etiam si non petatur, danda est reo, uel conuicto, uel confesso ante condemnationem.*

54 *Copia processus, & indiciorum datur reo suis expensis, non expensis fisci, & querelantis.*

55 *Copia accusationis, & inquisitionis, & capitulorum datur expensis querelantis, & inquirentis.*

56 *Copia processus, & indiciorum reo decernitur habitis testibus pro rite, & recte receptis, & examinatis, & quare. & n. 62.*

57 *Copiam processus, & indiciorum Iudex dare reo non tenetur, nisi completo processu.*

58 *Actor prius & sic fiscus debet fundere intentionem suam, deinde reus auditur in suis exceptionibus, & defensionibus.*

59 *Iudex licitè denegare potest copiam processus reo, donec fuerit cum effectu completa informatio.*

60 *Copia processus reo dari non debet etiam completa informatione, nisi processus fuerit legitimatus. i. repetitis testibus informatiuis parte citata.*

61 *Iudex cautus examinat primo testes pro informatione curiæ, deinde relaxat mandatum de capiendo reum, quem captum diligenter examinet, & deinde illo in negatiua persistenti testes repetit parte citata.*

63 *Defensioni renunciari non potest.*

64 *Mortui, & absentes longa absentia non habentur pro rite, & recte receptis, & examinatis à reo uolente copiam processus. & nu. seq.*

66 *Processus expeditio & causæ retardari non debet, quoad reum præsentẽ prætextu testium non repetitorum.*

67 *Romæ an seruetur practica habendi testes pro rite & recte examinatis per reum uolentem copiam processus.*

68 *Reus ponitur arbitrio iudicis ad largam, donec testes in longinquis partibus commorantes compareant, vt uel repetantur, uel confrontentur.*

69 *Copia processus etiam informatiui dari debet Reo in urbe, & in alijs terris Ecclesiæ, in quibus ius Canonicum seruari debet.*

70 *Reo habenti, quando datur sibi copia processus, testes informatiuos pro rite, & recte examinatis, saluum debet esse ius excipiendi contra testes, et eorum dicta, ac etiam eos repetendi super eius interrogatorijs.*

71 *Reus citatus ad uidendum iurare testes, debet protestari contra testes, & dicenda per eos, ne aliàs uideatur consentire.*

Practica Procuratorum de protestando contra testes, & dicta in termino citationis ad uidendum iurare testes. ibid.

72 *Processus rei præsentis differri non debet, donec illi, qui pro eodem delicto sunt contumaces, condemnantur, sed contrarium seruatur.*

73 *Copia processus criminalis quando datur reo præsenti, deletur nomina eorum*

qui sunt complices & contumaces, & omnia etiam, quæ ad eos pertinent.
74 *Terminus defensionis reo assignandus quot dierum esse debeat.*
75 *Dilationes quot reo dentur, & quot accusatori.*
76 *Intellectus l.fin.ff.de ferijs.*

De Formula interrogandorum Reorum. Cap. III.

NVnc de formula interrogandorum reorum agendum est, eorum scilicet, qui nondum sunt banniti, & condemnati: illorum enim
1 † interrogandorum formulam posuimus in d.nostro tract.de execut. senten.contumac.capto bannito.c.2.quæ cum ibi videri possit, hic repetẽda non est. In primis igitur rei corã Iudice, & Notario constituũ
2 tur sine † præsentia Aduocati, & causarum patroni ipsorum reorum, qui præsentes illorum examini esse non debent, vt quicquid de iure dici posset per tex.in l.custodias.ff.de publ.iudic.ita vsus, & curiarũ stylus obseruat, vt attestatur Igne.in l.1.§.quæstionem.num.19.in fi.ff. ad Syllan.& est omnibus notissimum, quod & dicit Iul.Clar.d.q.45. vers.
3 quæro etiam licet † procurator fiscalis quandoque interueniat eius arbitrio ex forma motus proprij Pij IIII.super reformatione tribunalium ordinariorum Vrbis, vbi etiam illud respectu procuratoris fiscalis statuitur, quod pro huiusmodi assistentia nihil percipere debeat;
4 vt etiam † si rei essent minores sine præsentia, & authoritate curatoris examinãtur, cuius authoritas non requiritur in cõfessione mino-
5 ris, quæ † ualet, nec propterea quod facta est non dato curatore, nulla dici potest: nam quicquid sit fit de iure iuxta l clarũ.C. de autho. præstan.Boss.in tract.caus.crim.tit.si aduersus rem iudic.num.22. Rolan. consi.31.n.1.lib.1.Plac.lib.1.delict.cap.32.nu.12.in fin.ita communiter seruatur in practica, vt attestatur Bal.in l.1.num.59.C.de confess. Ang.de malefic.in verb.comparuerunt, & confitentur totum.nume.8. subdens, quod est quasi ridiculum dicere contrarium. hoc idem seruari apud Venetos, & multa loca Italiæ attestatur Caso.in prac.cri. fol. 76.nu.2.& ita seruare iudices licet male dicit Pract.Papien.in forma inquisitio.in verb.contra & aduersus.nu. 2.& dicit Bos.in d.tit.de confessis.nu.69.quod ita uidit quotidie obseruari contra d.l.clarum.& dictæ Doct.tam in confessione, quàm in alijs actis factis per minorem in iudicio criminali nullo dato curatore.& Iul.Cla.d.q.50.in prin.dicit, quod in Ducatu Mediolani d. exceptio nullitatis confessionis minoris non dato curatore non admittitur: nam in delictis minor 25. annis dummodo sit maior 14.habetur in omnibus, & per omnia pro maiore, maximè quando fatetur delictum, prout etiam in statu Ecclesiastico talis maior 14.ann.in homicidio pro maiori habetur ex forma Motus proprij Pij IIII.cuius meminimus in d.tract.de executio.sent. contumac.capto bannito.c.fin.nu.230. & de ista obseruantia ex Boss. Claro, & Columban.testatur etiam Anton.Scap.lib.5. tract.iuris non scripti. cap.47.nu.25.& seq.& vbiq; locorum ita obseruari attestatur

Matth.

Matth.Brun.consi.94.nu.8.dicens etiam. quod ipse obseruauit, dum rebus criminalibus Capitolij Romæ præesset.præsentia enim Iudicis supplet defectum curatoris,vt dicit Bal.in c.1.§.item sacramenta.post nu.19.de pac.iura.firm.qui propterea admonet post Iac.But.quem alleg.quod Notarius actorum non potest in absentia Iudicis tamquam publica persona has confessiones recipere, quia hoc non pertinet ad eius officium,nisi de mandato Iudicis, ut ibi per eum.Et reis ita con-
6 stitutis eorum nomen,†cognomen,& patria designari debet, ut quid, & à quibus dictum sit appareat.c.qualiter.& quando.el ij. versi. debet
7 igitur,de accusatio.c.olim.eo.tit.& hac ratione † testium nomen, cognomen,& patria designari debent.Io.Mille.in prac.crim.fol.25. n.1. Foller.in prac.crim.in verb.capiat informationem.post.nu.33. secun
8 dum 1.editionem.& post nu.42.secundum 2.editionem.Interdum†nomen etiam adiectiuũ reorũ adiicitur: quia talia nomina signãdorum hominum gratia reperta sunt, & ad homines cognoscendos.§.si quis in nomine.Inst.de lega.l.ad recognoscendum.C. de inge.& manumiss. & debet reus de noĩe, & cognomine interrogatus, illico ueritatẽ dicere, ne in mendacio deprehendatur,ut admonet reum Iac.Nouel.in trac.ad defensam.tit.Responsiones reorum in constitutis.nu.9.

9 Aetatẽ † quoq; reorum designari bonum est,de qua ita bonum est, vt reus interrogetur,qui ad hoc respõdere tenetur,ut l.de ætate. ff. de interrog.actio.& ita animaduertit Io.Mille.in pract.crim. fol. 85.nu. 17.& seq.& post eum Foller.in d. verb. & si comparent ante contuma. examinentur.n.6.ea moti ratione, quia ex eo magni momenti est in-
10 terrogatio hæc : quia † minor si se maiorẽ dixerit, sibi præiudicat, nisi restituatur,quod potest.vt est gl.in d.l.de ætate.in verb. responde-
11 re.& l.certum.§.pen.ff.de confess.nisi †dolo fecerit, quia tunc non restituitur.l.si ex causa.§.nunc videndum.ff.de minor.

Et quoniam reus habet quandoque in delicto socios criminis, uel curia de iis suspicatur,tunc,ut dictum rei,cum alijs tamen,socios etiã afficiat,cõstitui de plano solet,& in tortura,& ita examinari ut principalis quoad se,& testis quoad alios. & ita per notarium actuarium in initio constituti,& examinis scribi debet.vt infra nu.21. & post n. 44.prout ita constituendi,& examinandi reos ut principales in se, & testes in alios practica inoleuit.& notarij ita scribere solent. vt dicũt Carrer.in pract.crim.fol.57.nu.9.& Foller.in pract.crim.in verb. capiat informationem.num.38.in 2.editio.& Carauit.super ritu magn cur.ritu 79.in fin.

Descriptis sic reorum nominibus,cognominibus,patria,ætate, &
12 qualitate,iurare † debent, se omnino veritatem dicturos. Quamuis enim satis esse deberet simplex interpositio fidei,prout est de consuetudine in Regno Franciæ, vt testis est Marc. decis.672.in princ.quem
13 refert Iul.Clar.lib.5.sent.§.fin.q.45.uersi. sed quæro.nemo enim † cogi debet ad detegendam propriam turpitudinem.l.alias.ff.de reg. iur. & Dec.qui dicit,hanc communem regulam.in l.fi. post num.6.C.de edẽ.

Iuramentum tamen de veritate dicenda reo deferendum est. secundum magis communem opi.Doct.ita enim tenuit Bar.in l. inter omnes. § recte.in fi.ff.de furt.qui in hoc communiter ab omnibus approbatur. vt plures attestantur,quos recenset Iul.Clar d.q.45.versic.sed quæro. qui etiam ex pluribus dicit,quod ita hodie secundum communem stylum Italiæ tam in inquisitione,quàm in accusatione † reus comparens
14 iurat de veritate dicenda,quamuis ipsi hæc practica nunquam (vt ibi ait)placuerit,cum manifesta sit occasio periurij, quia rei non propterea quod illis iuramentum defertur, delictum vnquam fateri solent,
15 vt quotidie experientia reorum omnium magistra docet. Et † tamen communis conclusio est,quod vbi subest probabilis suspicio periurij, nunquam iuramentum deferendum est.vt ibi per eum,qui tamen subdit,quod quicquid sit,non tamen auderet in practica recedere à communi obseruantia;& ideo eius est opinionis,quod in locis, in quibus seruatur,vt reo iuramentum deferatur,Iudex illud deferre debeat: nā minime mutanda sunt.&c. prout & d. consuetudinem admittit, licet nec sibi placeat,Ant.Scap.lib.5.iur.non scripti cap.65.num.7.& seruatur in statu Ecclesiastico,& alibi etiam, ut constat ex formula, quam ponit Io.Mille.in pract.crim.fol.83.col.2.ibi,qui pro consuetudine sacramento adactus,&c. & hanc esse communem opinionem,quod scilicet deferendum sit iuramentum de veritate dicenda, dicit etiā Ant. Gomez.to.3.variar.resolutio.cap.12.post nu. 4. & ibi Emanuel Suarez in ad dit.& Marja.Soc.In c.qualiter,& quando. post nu. 227. q. 84. in fin de accusatio. dicit, quod fermè vbique in praxi obseruatur. Et iurat ita reus de ueritate dicenda, non etiam iurat,plenam, & meram dicere veritatem,neque sub hac forma iuramentum à reo recipi debet.licet enim,vt intelligas, duplex sit forma, vna, quod inquisitus iuret ad inquisita,& ad interrogata respondere,altera,quod iuret plenam,& meram veritatem dicere.c.cum dilecti. & ibi doct de accusatio.& habetur per Spec.in tit.de inquisitio. Doc.in c.qualiter.& quando el 2.de accusatio.& sicut forma diuersa est,ita diuersus infertur effectus,maxime circa correctionem,& reuocationem confessionis, vt habetur per Maria.Soci.in d.c.cum dilecti.nu.5.& in d. cap. qualiter, & quando,nu.951. à reo tamen iuramentum recipi debet de veritate dicenda:nam alia forma adaptare non videtur,quæ recipitur, quando fit inquisitio super statu Ecclesiæ,vt loquitur d.cap.cum dilecti.ita Mar.Soci.in d.c.qualiter,& quando.nu.951.licet subdat, quod utraq; forma simul utranque miscendo adaptari posset, secundum quod ibi dixit eo.artic.11.q 2.n.706.& seq.sed simpliciter iuramentum de ueritate dicenda præstari consueuit, & simpliciter ita de veritate dicēda secundum primam formam à reo recipi solet.

16 Non † tamen si falsum reus diceret,in foro contentioso de periurio puniretur,sed solum Deum haberet vltorem,secundū n Alex. ad Bar. in l.1.sub.num.1.de bon.eorum,cui neminem contradicere dicit Bero.q.134.nu.3.& ita etiam practicatur.vt ex Boss.& Nuni.de los corregitores,

gitores, dicit Iul. Clar. d. q. 45. versi. quid ergo. & Anto. Scap. lib. 5. iur. non scripti. c. 65. nu. 8 & ita tenendũ esse dicit Vmbert. Locat. in opere Inquisitor. in verb. reus. nu. 1. late tum ex communi practica Paul. Granut. Theoremat. lib. 1. Theorema. 3. nu. 1. & aliis seq. qui etiam uoluit, id procedere etiam quoad pœnam extraordinariam, nisi non solum in primo processu, sed etiam in secũdo reus periurus fuerit. vt ibi per eum nu. 3. & 13. Quod procedere crediderim etiam in reo, qui examinaretur vti principalis in se, & vti testis in alios, prout fieri solet, vt supra diximus. is enim vt principalis reputatur, vt per Foller. in pract. crim. in d. verb. capiat informationẽ. d. nu. 38. & in specie, quod reus ita examinatus, vt principalis quo ad se, & testis quo ad alios, de periurio puniri non possit, satis clarè sentit Carauit. in d. ritu 79. in fi. & clarius Paul. Granut. post hæc scripta visus d. theorema. 3. nu. 11. tametsi mendacium, quod diceret, & de quo per testes conuinceretur,
17 sufficiens † contra eum faceret indicium, iuxta ea, quæ supra diximus hoc lib. cap. 1. nu. 66. & Iul. Clar. d. §. fin. lib. 5. sent. q. 21. vers. mendaciũ. & torqueri etiam posset vti testis, vt per Caraui. in d. loco. & Paul. Granut. vbi supra. d. n. 11. licet seruanda essent ante torturam, quæ seruari debent in tortura, quæ reis inquisitis infertur. vt per Foller. in d. verb. capiat informationem, d. n. 38.

Et si pœna, seu mulcta à Iudice imposita esset ipsi reo, ut interrogatoriis responderet, prout uerum esse sciret, ut constaret ipsum deierasse, pœna commissa diceretur, & exigi iure posset. ut plene per Osasc. decis. Pedemõ. 66. per totam. qui dicit in fi. quod Senatus Pedemontanus ita iudicauit, mitigatã tamen pœna, seu mulcta, iuxta doctrinam Iac. de Sancto Georg. in loco ibi per eum alleg.

Et cum reus iurare debeat de ueritate dicenda, responsio eius per verbum credit, admitti non debet. vt per Ang. Aret. de malefi. in verb. comparauerunt dicti inquisiti, & negauerunt totum nu. 1. & ibi Aug. Arim. in addit. & Maria. Soc. in d. cap. qualiter, & quando. el ij. n. 1025. de accusatio. & in c. veniens. nu. 147. eod. tit. Io. Igne. in l. 3. §. si cõditioni. nu. 154. ff ad S.C. Syllan. Boss. in tit. de examinibus reor. post. nu. 9. Rebuf. in const. Gallic. tom. 3. de respons. per verb. credit. artic. 2. glos. 1. nu. 4. per dictum Bart. in l. Marcellus. ff. rer. amot. & alibi, vbi voluit, quod in maleficis positionibus respondendum est per iuramentũ ueritatis, quod & uoluit Bald. in l. 1. num. 53. C. de confess. quamuis ipsemet Bal. in l. 1. C. de pœna iudic. qui male iudic. nu. 5. dissentiat à Bar. in eo, quod vult, positionibus in causis criminalibus esse respõdendũ. qua de re per Spec. in tit. de positio. §. 7. nu. 40. & in tit. de inquisitio. §. viso igitur. num. 19. ad quem se remittit Aug. Arim. ubi supra. & habetur plenè per Host. Ant. de Butr. & Aret. nu. 12. & Soci. nu. 723. in c. qualiter, & quando. el ij. de accusatio. vbi & Bero. plene nu. 40. decis. Tholosa. 371, & ibi Aufrer. in addit. Doct. in. c. 2. de confes. ubi plene Abb. Marant. in Spec. par. 6. in 7. memb. iudicij. de interrogatione. num. 7. & seq. Federic. Scot. consi. 7. lib. 2. tract. 2. Io. de Arno. in commen. 181.

Mars.

Marf.in l.de minore.§.tormenta numero 7.ff.de quæstio. Osasc. decis. Fedemont.66.Bernard.Vurm.pract. Forens.lib.1.titu.15.de positionibus obseruat.2. Massuer. in addit.ad Pract.Papiensis in forma excipiendi contra positio. in gloss. detegentes, in verb.positioni.Ioseph Cumi. super ritu magn.curiæ regn. Sicil.cap.70.num.18.plene Natt.in clem. sæpe §.& quia,vbi ponit regulam,& plures fallentias.de verb.sign. qui & Bartol.Bald. in pluribus locis,Innocen.Angel. & alios antiquos, & posteriores Doct.allegant, ex quorum dictis plures casus considerari possunt,sed,quod ad rem nostram attinet, communiter concludunt, quod,quando procederetur ex mero officio per inquisitionem,positiones admitti debent ex parte fisci, & reus respondere tenetur.secus autem si ad instantiam partis procederetur. & dicit Carauit.vbi supra,quod ipse nullo modo uidit seruari,quod inquisitus respondeat capitulis accusatoris.& ideo tutum non est,quod dicit Iul. Clar. respectu accusatoris d.q.45.versi.sed hic incidenter.vbi voluit etiam respectu accusatoris admitti debere positiones,ex quo eius querelæ reus respondere debet cum iuramento.hoc enim est contra determinationē prædictorum Doct.& aliorum per eos allegatorum.& dicta eius ratio refellitur per Bald.in l.2.§.quod obseruari. post num.23. C. de iuram. calum.quatenus dicit, quod accusatus tenetur respondere libello propter naturam,& ordinem iudicij ad litis contestationem, non tamen tenetur respondere positionibus post litem contestatam,quia accusator non debet releuari ab onere probādi, sed debet venire instructus, & paratus.non ergo sequitur,tenetur reus respondere querelæ, ergo & positionibus.& idem;è contra dicendum est de accusato,utrum possit dare positiones accusatori ad suā defensionem, vt ita se habet vsus iudiciorum vt ex Iac.de Aret.testantur Iul.Clar.d.versic.sed hic incidenter.& Feder.Scot.consi.7.lib.2.num.2.& sequitur Natt consi. 240. num.6.volum.2.sed Alber. quem refert Foller.in pract. crim. in verb. audiantur exceptio.nu.65.dicit,contrarium uidisse practicari, & obtineri, nullo autem modo id uidisse seruari debet Carauit.vbi supra. ad quæ non aduertit Ant.Scap.lib.5.tract.iuris non scripti. cap. 23.

18 Et † laici,quidquid sit de iure,iurant non,propositis,& tactis Euangelijs,& sacris scripturis, sed quauis alia scriptura, ut generalis consuetudo inoleuit,quæ ualet,vt per Abb. in cap. fraternitatis. de testi. vbi Feli.colum.fin.in princ.cum aliis,de quibus in processu informat.

19 lib.5.cap.2.nu.294. Clerici † vero iurant manibus ad pectus positis, siue sint Episcopi,siue Cardinales,ut per Paul.Cast.in auth. sed iudex. C.de Episc.& cleri.& Summistas in verb.testis.vt Sum.Ang. nu.2. Siluest.n.6.Tabien.num.9.Couar.lib.4.decret.1.par.§.1.num. 3. siue alij sint clerici cap.Tholos.q.161.Guid.Pap.decis. 65. num 2. & ibi etiam de consuetudine seruatur,quicquid sit de iure,secundum præall. Doc. in d.locis.& alios,quos congessimus d.cap.2.lib.5.Method.process. inform.num.297.vbi etiam diximus num.303.de iuramento deferendo Iudæis,& infidelibus, & in Francia iuratur etiam super imagine Crucifixi,

cif xi, ut per Rebuf. in commentar. in constit. Gallic. tom. 3. tract. de re[illegible] onf. per credit. gloss. 1. num. 10. & recipitur iuramentum à reo ět quod tactis scripturis nihil uerbo dicat, vt seruatur in practica, ut dicit Iaf. in l. qui iurasse. in prin. nu. 10. ff. de iureiur.

20 Et † debet Notarius in initio constituti expresse dicere, quod reus iurauit manu tactis scripturis. vt est glo. in c. vt circa. de electio. & ponit Lanfranc. in c. quoniam contra. in verb. testium depositio. nu. 4. de probat. & Veral. decis. 123. alias 5. in verb. iuramentum. par. 2.

21 Quod † quidem constituti initium, in quo prædicta omnia exprimuntur, hunc in modum dictari, & à Notario scribi solet. Die 4. Maij. 1586. Cōstitutus personaliter in Camera custodis carceris Ciuitatis Vrbisueteris coram Magn. & Excell. D. N. Reuerendiss. dictæ Ciuitatis Gubernatoris locum tenente, meq; Notario. &c. Titius Martini nullatenensis de Vrbeueteri, ætatis suæ, ut asseruit, ann. 25. ut principalis in se, & testis in alios, cui delato iuramento per D. de veritate dicēda, prout iurauit manu tactis scripturis. & c. ad opp. D. interrogationes, dixit, et respondit vt infra, videlicet, & primo Interrogatus. &c.

22 Deinde † Iudex Latino sermone suas dictat Notario interrogationes, super quibus postea vulgari sermone reos idiotas interrogat, eiusque etiam responsiones vulgari dictat Notario sermone, & hunc in modum interrogationes, reiq; responsiones à Iudice dictatas Notarius in acta tunc redigit. Videlicet. Interrogatus an sciat, uel saltem præsumat causam suæ carcerationis, & sui præsentis examinis. Respōdit. Signor nò, che io non sò, nè mi posso imaginare, perche causa io sia stato fatto prigione, & perche debba esser esaminato.

Et ita etiam cæteras dictat Iudex interrogationes. Neque tamen hunc in modum omnes à Iudice dictantur, & à Notario scribuntur interrogationes, sed interdum loco verbi, Interrogatus, dicitur, & cum D. ei diceret, &c. vt etiam dici solet. Subdens ad opportunas Domini interrogationes, vel opportune Domino interrogante, vel & opportune interrogatus respondit. Signor nò, che Pietro di Giouanni, che ho detto poco fa, non è quel Pietro di Martino, del quale V. Sig. mi domanda.

Sed ita per Iudicem dictari interdum solet, & per Notarium scribi, quando reus per interrogationem extensam est de aliqua re principali interrogatus, & postea Iudex eum interrogat vel ad supplendum, uel ad declarandum, quod reus super principali interrogatione dixerat.

23 Cauendum † est autem, ne sub dicto dictandi stylo, videlicet, subdēs ad opportunas D. interrogationes; vel opportune interrogatus; aut opportune D. interrogante, suggestiones, quas euitare omnino oportet, à Iudice tegantur. Qui enim improbi, & malitiosi sunt Iudices parum Deum timentes, & ad gehennam ita ędificantes, confessionem à reo extorquere conantur per suggestiones, quas, ne detegātur, sub dicto dictandi stylo tegere student, vt quandoque viderim totum

penè

penè constitutum hoc dictandi stylo refertum. summæ enim eorũ imperitiæ summam quoque malitiam adiungunt, dum isti (ut ita dixerim) impostores operimentum rei,(vt verbis vtar Alciat. impostorem describentis in l.aliud est fraus.ff.de verb.signifi.) vt vitium tegant, imponunt. quod & detestati sumus in d.tract.de executio.sent.contuma. capto bannito.c.2.

24 Et † quoniam rei ut plurimum negant, & per testes uel de delicto ipso, vel de indicio ad illud conuincuntur, moneri solent ad dicẽdam veritatem hoc modo, videlicet. Interrogatus quomodo audeat hoc negare, cum non desint testes, qui ipsum de mendacio conuincunt. Respondit,&c. Et si in negatiua adhuc persistit, interrogatur reus super persona testium, qui ipsum de mendacio conuincunt, an scilicet illos reus cognoscat,& an sint ei amici, uel inimici, & an illos habeat pro hominibus probis, ueridicis,& fide dignis, vt ita dicit faciendum esse Foller.in pract.crim.in d.verb.& si comparent ante contumac.examinentur. num.10. quoniam, ut ille subdit, maximi momenti est interrogatio hæc, quia quæ obiici possunt contra dictos testes, Iudex deprehẽdet, & poterit postea summarie se informatè, an uerum sit quod obijcitur, ut sic reus non possit postea contra testes, contra ipsum deponentes, obijcere falso modo. Vnde inibi Foller. num.14.in fin. admo-
25 net † reum ita de testibus interrogatum, ne in suo examine dicat omnia, quæ vult contra testes obiicere, secundum Guliel. de Benedict. in cap. Raynutius in verb. mortuo testatore. el 1.num.202. Admonet
26 † etiam Foller.d.nu.10.Iudicem, ne de testibus reum interrogando, dicat illos esse iam examinatos cõtra eum; sed in genere interroget. Immo (subdit ille) bonum est, quod nominet testes, qui non sunt examinati contra eum,& deinde nominet testes in causa examinatos, ut sic præuidere non ualeat, qui fuerint contra eum examinati. Et deinde recepta responsione à reo super testibus affirmatiua, uel negatiua, interrogetur quid dicet, si N.N. in eius faciem deponent, quod ipse ne
27 gat.& formula ita interrogandi hæc est. Interrogatus † quomodo hoc negare audeat, cum non desint testes, qui ipsum de mendacio conuincunt. Respondit, Dicano quel che uogliono, che diranno la bugia. Interrogatus, an cognoscat Petrum Blasij de Vrbeueteri, sitque ipsius amicus, eumque habeat pro homine probo,& fide digno. Respondit, Io lo conosco,& l'ho per quel che è,& non mi è amico, nè inimico. Interrogatus, quid ergo dicet, si d. Petrus in eius faciem deponet, quod ipse constitutus. &c. Respondit, dirò che dirà la bugia, perche questo non è uero, & non si trouerà mai. Ex tunc Dominus ad conuincendum ipsum constitutum de mendacio, ipsumque disponendum ad ueritàtem dicendam, mandauit pro nunc sibi exhiberi, & legi per me Notarium,&c. ad claram illius intelligentiam depositionem d. Petri. eaq; sibi lecta per me,&c.& per ipsum constitutum bene (ut asseru.t) audita,& intellecta fuit per Dominum, Interrogatus, quid modo respondeat prædictis. Respondit, costui dice tanta bugia. Interrogatus,&

monitus,

monitus, ut dicat ueritatem, quoniam prædictus Petrus prædicta non deponeret, si uera non essent. Respondit, tanto è, lui dice vna gran bugia. Interrogatus, & monitus, ut recedat ab eius pertinacia, quoniam vltra d. Petrum sunt & alij testes, qui idem deponunt, unde melius est ingenuè fateri ueritatem, quàm de mendacio conuinci. Respondit, la verità è quella, che dico io. Interrogatus, an cognoscat Blasium Andreæ de Vrbeueteri, sitque ei etiam amicus, eumque habeat pro homine probo, veridico, & fide digno. Respondit, io lo conosco, & l'hò medesimamente p quel che l'è, & nõ m'è amico, nè inimico. Interrogatus, quid etiam dicet, si & d. Blasius in eius faciem deponet, quòd &c. Respondit, & lui ancora dirà la bugia. Ex tunc Dominus ad magis conuincendum ipsum constitutum de mendacio, magisque disponendum ad ueritatem dicendam, mandauit sibi etiam exhiberi, & legi per me, &c. ad claram illius intelligentiam examen d. Blasij, quo sibi lecto, & per ipsum. C. bene (ut asserit) audito, & intellecto, fuit per D. Interrogatus, quid etiam prædictis respondeat. Respondit, & costui ancora dice vna gran bugia. Interrogatus, & monitus, quòd velit recedere à mendacio, & ab hac eius pertinacia, postquàm sũt duo testes qui ipsum de mendacio conuincunt, qui medio eorum iuramento prædicta non deposuissent, si uera non essent, & præsertim cum nihil agere habeant cũ ipso constituto. Respondit, io dico à V.S. che l'uno, & l'altro di costoro dice la bugia, & la verità è quanto io hò detto.

28 Et † quoniam quandoque testes, quorum copia haberi potest, confrontantur etiam cum ipso reo ad faciem, ut supra diximus c. 1. nu. 82. hoc lib. quia factis reo debitis monitionibus de dicenda veritate super eo de quo interrogatur, & testes ipsum conuincunt, Iudex mãdat, in illius faciem adduci singulos testes, non tamen simul, sed separatim vnum post alium, & delato eis iuramento de veritate dicenda, Iudex eos interrogat, an cognoscãt reum constitutum, & uice uersa reum ẽt interrogat, an testes in eius faciem adductos cognoscat, & facta sic ad inuicem mutua inter eos nominum, & personarum recognitione (si se cognoscunt) interrogatur testis, an quæ deposuit, fuerint, & sint uera, & per ipsum pro ueritate dicta, & recepta responsione quòd sic, solet uel interrogari, vt ad faciem rei recenseat ea quæ deposuit, vel sibi exhiberi, & legi eius examen ad claram etiam ipsius rei intelligentiam. est enim examinatio hæc quædam testium repetitio in faciem rei, vt eorum dictum ualeat, & reus ita ad dicendam veritatem vrgeatur. quæ quidem repetitio fieri debet legendo unicuique testi, separatim tamen ab alijs, eius depositionem, vt per Foller. in pract. crim. in verb. & demum repetantur testes curiæ num. 4. qua lecta interrogatur testis, an ea, quæ in d. eius examine deposuit, fuerint, & sint vera, & per ipsum pro ueritate dicta, uelitque ea ratificare, & approbare in faciẽ rei ibi præsentis, & recepta responsione affirmatiua, Iudex ad reũ conuersus eum interrogat, quid modo ad prædicta respondeat, cui neganti testis Iudice interrogante replicat, se dixisse ueritatem, & utroque

in eorum dicto persistente Iudex testem licentiat, & examen cum reo continuat, vel etiam illud eius arbitrio dimittit. ita instruit Foller. in d. verb. & si comparent ante contumac. examinentur. num. 4. & antea. Mille. in pract. crim. fol. 109. num. 67. & Vmbert. Locat. in opere inquisitorum. fol. 485. & aduertat Iudex, quod omnino testi in hac confrontatione deferat iuramentum præsentereo, ut supra, quamuis in priori depositione iurauerit; alioquin nulla esset eius confrontatio, & repetitio, ut animaduertit in specie Ioan. Mille. d. fol. 109. nu. 62. & aliis seq. Bursat. post Bertazol. quem alleg. consil. 192. num. 35. & consi. 201. num. 109. lib. 2.

Et formula huius confrontationis hæc est. Interrogatus, & monitus, vt uelit dicere ueritatem, quoniam curia testes habet, qui ipsum de mendacio conuincunt; ita ut melius sit ingenuè fateri ueritatem. Respondit, la uerita io l hò detta, & non ci possono esser testimonij, di quel ch'io non hò fatto. Interrogatus, an cognoscat Petrum Blasij de Vrbeueteri, sitque ipsius amicus, eumque habeat pro homine probo, veridico, & fide digno. Respondit, io lo conosco, non m'è amico, nè inimico, & l'hò per quel che è. Interrogatus, quid dicet, si prædictus Petrus deponet in eius faciem quod ipse negat. Respondit, dirò che dirà una gran bugia. Ex tunc Dominus ad conuincendum ipsum constitutum de mendacio, ipsumque disponendum ad ueritatem dicendam, mādauit in eius faciem adduci supradictum Petrum, quo sic adducto, & delato ambobus iuramento de veritate dicenda, prout iurauerunt manu tactis, &c. factaque nominum, & personarum mutua inter eos recognitione, fuit idē adductus per Dominū Interrogatus, an ea, quæ supra dixit in eius depositione, fuerint, & sint uera, & per ipsū pro veritate dicta, velitque ea approbare, & ratificare in faciē d. constituti. Respondit, Signor sì, che quel che ho detto nel mio esamine, è la verità, & per la verità l'hò detto, & lo dirò anco qui in faccia di N. Interrogatus, vt modo in substantia recenseàt ea, quæ pro ueritate dixit in d. eius depositione. Respondit. la uerità è questa, &c. Vel hoc omisso dicitur. Et lecta sibi ad uerbum per me, &c. de mandato Domini eius depositione ad claram utriusque intelligentiam, eaque per ambos (ut asseruerunt) bene audita, & intellecta, fuit dictus adductus per Dominum Interrogatus, an prædicta per ipsum deposita fuerint, & sint uera, & per ipsum pro ueritate dicta, illaque modo approbet, & ratificet. Respondit, Signor sì, che quanto hò detto in questo mio esamine, che mi hauete letto, è la verita, & per la verità l'hò detto, & tanto approuo, & ratifico. Tunc Dominus conuersus ad d. constitutum eundem Interrogauit, quid modò respondeat prædictis. Respondit, io dico, che costui dice la bugia, & è vn gran bugiardo à dire queste cose, che di me non son vere. Replicante d. adducto, & io dico, che è la verità quanto io hò detto, & se non fosse il uero, io nō l'harrei detto. Et cum vterque ipsorum staret in dicto suo, Dominus licentiauit d. testem, & continuando deinde examen cum ipso constituto, eundem

eundem D. Interrogauit, monuit, & hortatus fuit ad dicendam ueritatem, & ut à mẽdacio, & à pertinacia recedat, postquàm videt, quod de mendacio conuictus est. Respondit, io hò detto la uerità, & non posso dir altro, &c. Et si reo prius legeretur vt supra examẽ testis, & postea vellet Iudex nihilominus testem confrontare, fit confrontatio, nihilominus vt supra, quia post lectam reo ut supra depositionem testis, & ipso in negatiua persistente, dicitur. Ex tunc Dominus ad conuincendũ ipsum de mendacio, eumq; magis disponendum ad ueritatem dicendam mandauit, &c. & prosequitur ita Iudex confrontationem, ut supra, secundum supradictam formulam.

29 Et † si testis visu tantum, non etiam nomine reum cognosceret, tunc ea Iudex utitur formula, quia adducit testem in faciem rei, vt supra, vt recognoscat, secundum Bal. in ca. cum causam, num. 53. de testibus, Bar. in tract. de testib. num. 46. Angel. in l. 1. nu. 2. ff. si ex noxa. caus. aga. Foller. in pract. crim. in verb. capiat informationem. num. 46. in 2. edi-
30 tione, & propterea testes, † qui delinquentem non cognoscunt, interrogandi sunt de statura, effigie, ætate, & vestimentis delinquentis, aliisq; signis, quæ sunt ad recognoscẽdum hominem, si quãdo talis delinquẽs in fortiam Curiæ deueniret. Bar. in l. 1. C. de mendic. valid. lib. 11. cum aliis, quos congessimus in Method process. informat. lib. 3. ca. 3. num. 36. & diximus in ead. Method. lib. 5. cap. 2. num. 499. & ita hunc testem adductum in faciem rei Iudex interrogat delato prius ei coram reo iuramento de ueritate dicenda an d. C. cognoscat, & recepta respõsione, quòd tantum uisu, non etiam nomine cognoscit, interrogatur, an is Constitutus sit illemet, de quo ipse dixit, & deposuit in eius examine, & pro eodemmet illum recognoscat, & responso quòd sic, legitur vt supra sibi eius examen ad claram etiam intelligentiam ipsius Constituti, eoque lecto, & bene per eos audito & intellecto, interrogatur testis adductus, an ea quæ dixit, & deposuit in d. eius examine fuerint, & sint uera, & per ipsum pro veritate dicta, & an ille puta Franciscus, ad cuius faciem adductus est, sit illemet, de quo deposuit. & ita eius responsio recipitur, & deinde reus interrogatur, quid modo respondeat prædictis, & ita Iudex prosequitur confrontationem istius testis cum reo secundum prædictam formulam, quam etiam ponit, licet diuersis verbis, styloque diuerso, Io. Mille. in pract. crim. fol. 106. 112. 115. 116. 117. & est huiusmodi, videlicet, ut fol. 106.

Die 12. Octobris. 1587. Coram me Ioanne Vlpiano D. Præpositi Parisini Vicario in loco, vbi rei in vinculis interrogantur, Iacchus Ebrio nobilis Gerardi Milonis famulus commissus est cum Apelle Coo primo teste in elogio aduersus eum, Gerardum, cæterosq; maleficij reos confecto, & à me delato iureiurando rogatus, utrum testem cognosceret, haberetque quod in eum diceret, incusaretque intestabilem. Dixit d. testem agnoscere hominem siquidem fidei labefactatæ, & in alio iudicio, vti à pluribus acceperat, periurij notatum: ad hæc sodalem, & affinem defuncti Crassi, atque hæredem, denique eiusmodi, ut

illius testatio pondus minime habeat. Cōtra rogatus ac iuratus Apelles, num cognosceret d. reum Ebrionem, uerumque is loqueretur: Dixit de facie tantum sibi notum, unum ex illis aduersus quos hisce diebus testatus fuerit imberbem, bipertitis caligis, & bicoloribus; sed ab eo nullum ex defunctis, quantum vidit, percussum. Cæterum quod ad periurium attinet commentitium & fictum, uirum se probū, omnibus probis probatum, nec unquam vlla labe etiam minima denigratum. Hoc peracto, quod denunciato testimonio vocatus, ac reuocatus in iudicio dixerat, recitatur, in quo sacramento obstrictus perseuerauit, nihil vel addito, vel detracto, reclamat reus testem mentitū in cæde non fuisse cum Milone, Anippo, & alijs per eum nominatis. Apelles perstat in testatione, eò dimissus est ad sua negocia. Similiter cum Lucio Licinio secundo loco testificato Ebrio commissus, ac post sacramentum interogatus, vtrum agnouerit præsentem Licinium, haberetque quo illius testimonium eleuaret. Respondit, illum sibi numeris omnibus incognitum, propterea reprobare nō posse. Vicissim Lucius post sacramentum de uero dicendo, neve suo testimonio reum iniuste læderet cōmonefactus, testatur illius nomē se nescire, sed unum ex eis, qui homicidium in elogio memoratum patrarunt, in cæde adfuisse stricto gladio licet nō viderit quēquàm ab illo percuti. It inficias Ebrio, negatq; homicidio interfuisse, quod & probationibus euincet. Testatione igitur recitata legitima, in ea perseueranter stetit Lucius, nihilque immutatum est. Contendit reus in homicidio non fuisse, testis indictis constans remittitur ad res obeundas. Eodem præscripto cū tertio teste Claudio Cornelio commissus Ebrio, & interrogatus data fide ait, testem se nequaquàm cognoscere, ideo refellere nō posse. Cornelius itidem iuratus circumcirca conspicit, reum sermone, ac uestitu agnoscit, unum ex Milonis seruis, in quos testatus est, & agnoscere visu dixit. Legitur testatio, eam pertinaciter tuetur, adnectitque famulum esse Milonis, quem ministrantem animaduertit in parui cerui diuersorio, & alia die uesperi sequentem herum Milonem obuium habuit, quem idmodum testando exposuit. eò testis ad operas redijt. Reus in diuersum it flens, negansque quæ ille esset commentus falsa. Simili lege, ac modo, cum postremo teste Dauide Dama commissus Ebrio, atq; rogatus iureiurando affirmat testem uidisse se nunquàm, ne dum agnoscere, quo fit difficillimum illum incusare. Damas in eo obseruasse uultum, & ætatem iurauit, cum famularetur Miloni in diuersorio parui cerui; & sectaretur in uia die, quo commissum est homicidium, sicuti testificatus est. Testationis recitationi consensit Damas iuratus, quamuis contradiceret Ebrio, causatus illo toto die domi fuisse, pauisse, ac pexuisse equos, cœterasque domesticas res curasse. Testis perseuerans, ac sibi consentiens reuertitur ad magistrum, reus in carcerem. fol. 112.

Die dicta. Accersitum itidem è carcere in conclaue secretioris consilij Henricum Nebulonem nobilis Gerardi Milonis famulum præsen

te

te Apelle Coo primo Inquisitionis teste peracto solemniter,& iureiurando interrogaui,vtrum testem eum agnosceret,& posset etiam obijcere quicquam, vel in mores, uel in testationem, quod illam infirmaret,& irritam faceret.Nequeo(inquit)in eum dicere, quem nunquam uidi,tantum abest,ut nouerim;protestatur autem ius sibi esse oppone̅di post aperturam, & publicationem testimonij testis. Contra uerò testis etiam sacramento affirmat cognoscere se habitum, & uestitum rei,thoracem rubeum,caligas, & calceamenta alba, quemadmodum in testimonio ante dixit. Deindè recitato testimonio apparuit reum esse eum,qui in illo significabatur,atque illud verum,confessus est praeter id,quod loqueretur herum cum eo in cæde,& conflictu fuisse. Testem auditum,atque constantem domum remisi. Simili modo coram Licinio teste̅m Nebulone̅ iuratum rogaui,nunquid haberet, quod reprehenderet in testis vita,quo illius testimonium eluderet?Qui respo̅dit,illum non nouisse,propterea existimationem sugillare non posse. Lucius uerò,vbi conspexit uestes, barbam, omnem denique hominis habitum,unum esse confirmat,de quibus tulerat testimonium. Dicta sua lecta,attentè,accurateq; intellecta,iurisiurandi religione comprobat nominatim repetens Nebulonem percussisse tunc viuentes, nunc defunctos Crassum,Xenium,& Plutum. Mendacij reus testem, infimulat,ac falsi,quod alium pro alio sumat per se ipsum deuouens, atq; execrans, si homicidio interfuisset. Testis perseuerans dimittitur. Ita coram Claudio Cornelio ordine teste tertio, & Nebulone reo etiã iurato sciscitatus sum,ecquid haberet,propter quod infringeret Cornelij testationem,illius improbata uita? Dixit,fieri nõ posse vt quis subagitetur ab eo, qui nõ nouerit. Deinde,recitatis,q̃ testatus fuerat,Cornelius subscripsit concepto iuramento,autumans, reum præsentem alterum esse ex famulis Milonis,que̅ productus testis intellexerat. Reus tantum negat,ratione,quamobrem negaret,non addita. Ad hunc modum Dauid Damas vltimus testis se sistit in examine,coramq, post sacramentum monui nobilem,vt circumspiceret diligenter,si quo pacto Damam à testandi iure summoueret,eximeretque è testium numero, citra tamen calumniam. Dixit,difficillimum esse eum incusari,qui non si notus.Perlecta ad verbum distincte sua dicta,subsignat sacrame̅ti religione Damas. Reus non habens quod contra in medium proferret,conticuit,& testis abijt.fol.115.

Die dicta. Gerardum Milonem nobilem prolixa barba to̅so capillo,ac caligis indutum partim rubeis, partim croceis,ex eodem carcere exhibitum curaui,coram Apelle Coo primo inquisitionis teste de fama, & moribus delato iureiurando percunctat um, an quid sciret ad labefactandum illius testimonium.Dixit,opinari uidisse testem Coum periurio, infamia,perfidia venali,redempto testimonio, atque alijs notatum flagitijs,denique eiusmodi, qualem leges intestabilem faciunt,nec illud testibus egere,quod communi omnium fama probatum est. Testis contra asserit,reum mentitum,probitatem suam omnium

nium iudicio defendens. Præterea, se de facie agnoscere Milonem vnum de illis, quorum in testationem meminit, quem & defunctos percutientem, & festinanter fugientem vidit. Recitata est testi sua testatio, cui etiam subscribere sacramento nihil dubitauit, nec addens, nec detrahens.

Reus verò contendit, eiusmodi non esse credendum. Nihilominus testem remisimus, quo sua illum vacarent negocia. Eodem venit Lucius Licinius secundo loco testatus, sistitur à me coram reo Milone si forte ab illo nosceretur, & post iusiurandum obijceretur, quod fidem homini derogaret, vel illum reijceret testem. Negat Milo quicquàm scire. At testis iuratus reum sibi facit, ac habitu notum autumat vnũ de homicidis quibus in suo testimonio intelligit. Illud testimonium lectum est præsente Milone, & confirmat Lucius. Fortiter reclamat reus, mendacijq́ue arguit, tandem testis remittitur ad suas operas. Claudius Cornelius tertio loco testis ad eũdem reum adductus, si forte ab eo reprobaretur, præstito vtrinque sacramento recitatum item testimonium Cornelij coram Milone, & ab authore confirmatum. Milo sublatis in cœlum oculis flere amare cœpit, & dimisso teste exclamat, o Deus, Deus optimus. Dauid Damas postremus testis nulla per eum super eo, iuratum improbatus contumelia, dictum, ac testationẽ suam à me lectam, & apprime perceptam ab eo adstante reo ueram esse cum sacramenti obstructione adseruit. Tum reus, omnes (inquit) mihi aduersantur, & nituntur expugnare, caput meum appetẽtes, quo dicto in carcerẽ remissus, donec aliud à me ediceretur. eo. fol. 115.

Die dicta. Bernardus Thraso Principis nostri miles deductus è carcere in conclaue consilij, & exacto iuramento à me requisitus, si quid foret, quod Apellis Coi primi testes præsentis æstimationem minueret, infamem, ac intestabilem faceret. Ait, illum criminari non posse, de quo nunquam audiuit, tantum abest, vt bene perspectum habeat. Atqui testis ipso aspectu reum agnouit, recitatæq́ue testationi iuratus consensit, & adhæsit. Tum reus, veh, inquit, falso testi, & mendaci, linguam contumeliose vibranti, Deosq́;, obtestatur immortales, si huius particeps criminis fuit. Testis perseuerans, vt coram aliis, reuersus est domum. Lucius Licinius alter testis vocatus in ius à reo præsente, & sacramento obuincto, inculpatus suum prolatum testimonium, ac coram repetitum iureiurando stabiliuit. Verum reus testi nõ esse credendum docet, vt qui aliàs peierasset, conspirassetq́ue in reum, ac liquidò constaret ex illius uerbis, & affectu aduersariorum adiutorem esse. Testis Lucius criminationem subleuat, ac regerit, asserens quod dixerat verum esse, ita missus est. Claudius Cornelius tertius ordine testis nulla læsus à reo stante, & iurato maledicentia, quod paulo ante testatus fuerat, vallat sacramento. Reus repugnare nititur, sed frustra; quare vt antea remittitur testis. Dauid Damas testis postremus in præsentia rei, qui delato iuramento, ne minimum criminari potuit, cum maxime vellet, & sua plurimum interesset, testimonium alio iu-

reiurando

reiurando communit. Reus illud verum esse negat, sed tamen Damas sibi consentiens abijt dimissus. fol. 116.

Die 13. Octobris 1587. Aegidius Gnato nobilis Desiderij Anippi famulus vocatus similiter è tenebris carceris in lucem ad me, ac compositus cum Apelle Coo teste, si posset seruata sacramenti religione illum testem vel reijcere, uel reprobare. Testem non nouisse ingenue fatetur. Testis itidem reum noscere ait, dubitareque, an unus illorũ sit, in quos testis sit productus. Verum quod dixerat tũc præsente reo iureiurando approbauit, & illi abeundi facta est potestas. Reus contradixit nihil. Lucius Licinius secundo loco testis ab accusato præsente & admonito, nulla infamia reprobatus, dicta sua in testando coram repetita iuratus confirmauit. verum accurate circumspiciẽs hæsitat, famulus sit nobilis Anippi, aut quiuis alius, & an auxilium tulerit sicarijs cædis conscius. Accusatus Anippum herum agnoscit, uerum homicidio interfuisse negat. Testis hinc soluit. Claudius Cornelius tertio loco testificatus in iure præsente reo stetit, vt si legitime fieri posset, ab eo reprobaretur delato iuramento. Sed reus antea uidisse testem non recordatur, eò reprobare se non posse. Altius testatio legitur illic in præsentia accusati, approbaturque iureiurando à suo authore. qui, præter id, quod scriptum erat, addidit, reum famulatum Miloni, cum paulo ante pranderet in parui cerui diuersorio, vti fert testimonium. Reus prandio adfuisse nihil diffitetur, sed de homicidio nihil audiuisse.

Dauid Damas vltimo loco testis auitus similiter, & cum accusato compositus, vt refutaretur ab eo, si religiose, & citra iniuriam fieret, Lectum etiam suum testimonium, &, vt ipse Damas inquiebat, nõ oscitanter auditum iureiurando confirmauit, quamuis monstratum reũ non agnosceret. Reus obmutuit, singultibus illa vellẽs testis. verò hic vt superiores dimissus, & reus carceri redditus. fol. 117.

Die dicta. Ferdinandus Parasitus nobilis Desiderij alter ex famulis à tenebroso carcere euocatus, ac rogatus à me coram Apelle Coo primo teste post sacramentum, si quàm aduersus eum reprobationem sciret ad euitandum contra se testimonium. Dixit, illum tàm sibi perspectum, quàm eum, quem nunquàm viderit. Recitatũ deinde in præsentia accusati elogij capitulum, quod exceptum fuerat Coo testãte, comprobatum est etiam iureiurando ab eo, & Cous dimissus. Reus obmutuit omni reprobatione destitutus. Lucius Licinius secundus testis reo coram me exhibitus est, vt à reo confutaretur, delato tamen prius iuramento, ne quid iniuriose obijceret, aut criminaretur reus. Post recitato testimonio iuratus testis calculum adiecit, affirmans se ne scire, an Parasitus cædentibus adfuerit, & à se in cæde non conspectum. Conticuit reus, & testis discessit. Claudius Cornelius tertius testis in iure coram nobis stans nulla in se obiecta ab accusato, tametsi admonito, & religione obstricto, ne id iniuriose faceret, infamia, publicatam attestationem sacramento corroborauit, reumque vnum ex

his,

his, qui ministrarent prandentibus in diuersorio parui cerui, quod cum dixisset in testimonio, reo nihil contradicente dimissus est testis. Dauid Damas quarto loco testis eadem ratione accersitus in iudiciũ testationem suam per me recitatam præsente reo, prius tamen sollicitato de criminando teste, modo id religiose fieret, iuramento obsignauit, nec dubitauit affirmare Parasitum adfuisse prandio in diuersorio parui cerui ministrantem Miloni, vt testatus est. Parasitus silentio cõsentire visus est, ita testis ad suas operas dimissus. Hactenus Io. Millei formula confrontationis, qua non vtimur, sed alia, quam supra posuimus. Poterit tamen Iudex suo arbitrio Notario dictare dictam confrontationem, & quibuscumque verbis, dummodo substantiam retineat. non est enim vis in verbis, nec in modo, & stylo dictandi, licet attendendum sit, quod verbis aptis, & rei accõmodatis confrontatio fiat, vt clare à legentibus, vel aduocatis, vel causarum patronis intelligatur.

31 Sed † ad duo aduertendum est in ista confrontatione testis reũ non cognoscentis. Primo, quòd exhibitio rei, si possibile est, fiat testibus cum indumentis, & qualitatibus ipsius rei, vt eum facilius recognoscant. Bart. in l. si eum exhibuisset. §. ante aurem. num. 2. ff. de public. & l. stigmata. C. de fabric. lib. 11. & admonet Bal. dicens, quod exhibitio

32 in habitu consueto fieri debet, licet † tamen facies illa sit, quę principaliter personam ostendit, vt dixit in d. cap. cum causam, num. 52. de testib. & docet etiam Foller. in dict. verb. capiat informationem. Se-

33 cundo, † ne materia detur fabricandi falsum, fieri debet confrõtatio hæc, constituto reo inter duos, vel tres, & tunc testis interrogatur, quis eorum videatur, & sit ille, de quo deponit in eius depositione. ita admonet obseruandum esse Foller. in d. loco. & dicit, quod ita etiam alibi seruatur à practicis. & admonuimus in Method. processus infor

34 mat. d. cap. 2. lib. 5. num. 30c. & seq. & † formula erit hanc dictandi cõfrontationem; quia quando Iudex mandat testem adduci in faciẽ rei, dicit. Ex tunc D. ad conuincendum ipsum constitutum de mẽdacio, ipsumque disponendum ad veritatem dicendam, mandauit adduci in faciem eius inter tales, & tales constitutum supradictum. N. qui sic adductus, delatoque eidem iuramento de veritate dicenda, prout iurauit manu tactis scripturis, &c. fuit per D. Interrogatus, an ea, quæ dixit, & deposuit in eius examine, fuerint, & sint vera, & per ipsum pro veritate dicta. Respondit, Signor sì, che quello, ch'hò detto nel mio esamine, è la verità, & per la verità l'hò detto. Et lecto sibi per me, &c. de mandato D. dicto eius examine ad claram vtriusque intelligentiã, & eo bene per eos, vt asseruerunt, audito, & intellecto, fuit idem adductus per D. Interrogatus, an ergo prædicta per eum deposita pro veritate dixerit. Respondit, Signor sì, che quello, che hò deposto, è il vero, & cosi confermo per la verità. Interrogatus, an ipse ex his, qui sunt coram ipso, aliquem cognoscat, & an aliquis eorum sit ille Frãciscus, de quo deposuit in d. eius examine, & illum indicet, Respõdit, Signor sì, che

sì, che tra questi ci riconosco quel Francesco, c'hò detto nel mio esamine, & è questo quì. tangens d. Franc. constitutum. Tunc D. conuersus erga d. Franc. constitutum eundem, Interrogauit, an ipse cognoscat d. testem, & quid respondeat prædictis contra ipsum per d. testem depositis. Respondit, io non conosco costui, nè sò quel che si dica. lui di ce la bugia, & non sò come si possa dir questa gran bugia di me. Repli cante d. adducto, io hò detto, & dico il vero, & tu sei quel Francesco, che ha fatto quanto hò detto in questo mio esamine. Ex tunc D. cum vterque ipsorum staret in dicto suo, licentiauit dictum N. & continuã do examen cum ipso constituto eundem interrogauit, &c. Potest etiã fieri confrontatio hæc, interrogando prius testem, & reum super eorũ cognitione, subinde testem, an per eum deposita fuerint, & sint uera, & reum, quid per d. testem depositis respondeat.

Hactenus de formula interrogandorum reorum in vniuersum: nunc exemplum formulæ ad imitationem demonstrandum est, quo hominibus etiam tardi ingenij ista ars interrogandi reos sit intelligibilis. & nullus profectò erit ita ingenij inops, cui futura non sit facilis, & manifesta. Et primo ponam exemplum formularum antiquorum, & posteriorum, mox nostrum subijciemus, quo totam artem, quam supra demonstrauimus, complexi sumus. Exemplum formulæ interrogandorũ hæreticorum Repert. Inquisit. in verb. examinatio. vers. item nota formam, quamuis sine arte aliqua. Inquit enim.

35 Item † nota formam qualiter debet examinari delatus ab inquisitore, quæ forma talis est. Primo debet iurare delatus dicere veritatem tam de se, quàm de alijs, &c. & debet interrogari unde originẽ trahat, scilicet de tali loco, & tali. Item qui sunt eius parentes, & si sunt uiui, uel mortui, & dicat de viuis, & mortuis in quo loco sunt, & dicat nomina eorum. Item interrogetur, vbi fuit nutritus, & annis pluribus conuersatus: & si Inquisitor uideat, quòd talis delatus mutauit locum proprium, & conuersatus est in alieno territorio, interroget eum de illo loco, cum quibus conuersatus est, & de nominibus, & vita eorum, & interroget de causa, quare mutauit locum suæ natiuitatis, & transtulit se ad commorandum in tali loco, vel cum talibus. Item interrogetur, si in talibus locis, vel alibi scit, vel audiuit, vbi aliquis faceret, vel diceret talia, & talia, de quibus ipse erat accusatus, vel alia, quæ essent contra sanctam fidem Catholicam. Hactenus Reper. Inquisi.

Exemplum formulæ Eymerici in Direct. Inquisi, 3. p. nu. 74. quãuis sine arte. Modus interrogandi reum accusatum.

36 Talis † de tali loco delatus prædictus iuratus ad quatuor Dei Euangelia corporaliter tacta, tam de se, quàm de alijs dicere veritatem, & Interrogatus vnde est, seu vnde originem trahit. Respondit, quod de tali loco talis Diœcesis. Item interrogatus, qui sunt eius parentes, & si sunt viui, vel mortui. Respondit, quod vocantur taliter, vel quod sunt viui in tali loco, vel mortui. Item interrogatus vbi fuit nutritus, & vt in pluribus conuersatus. Respondit, quòd in tali loco, vel tali. Et

si videat inquisitor, quod mutauit locum proprium, & côuersatus fuit in alieno, & præsertim in locis, in quibus consueuerunt hæreses vigere, interrogabit eum sic. Item interrogatus, quare mutauit locũ suæ natiuitatis, & se transtulit ad commorandum in tali loco, vel talibus. Respondit, quod ex tali causa. Et secundum responsiones formabuntur articuli, quousque ad propositum veniatur. Item interrogatus, si in dictis locis, uel alibi audierit loqui de tali materia, exprimendo materiam, de qua est accusatus, vt pote si audiuit (loquitur Eymericus secundum sua tempora) loqui de paupertate Christi, uel Apostolorũ, seu de visione Beatorum, &c. Et si dicit, quod sic, interrogetur diligenter, quid audiuit loqui de materia antedicta, & scribantur eius responsiones, dixit, &c. Item interrogatus, quid ipse super hoc aliquando est loquutus. Respondit, & dixit &c. Item interrogatus, quid ipse credit super hoc, quod &c. Et sic prudens inquisitor interrogabit, & formabit articulos secundum materiam, de qua est accusatus, & de qua per testes est conuictus, vel suspectus habitus, taliter vt veritas habeatur, & interrogabit eum, & examinabit frequẽter inquisitor super his, quæ ngat, & sunt probata, vel sunt suspiciones vehementes contra eũ, quousque amplius nolit fateri, fatendo, vel negando. Hæc Director. Inquisitor.

Exemplum formulæ Iac. Nouelli in prac. cri. fol. 28 etiam sine arte. Modus constituendi reos criminosos de plano.

37 Constitutus † coram Magnifico & Clarissimo potestate, & Capitaneo Taruisij quidam proceræ staturæ indutus pannis camelinis, aut caligis albis, duploide albo, sine birreto, tonsus, cum barba nigra, ætatis ex aspectu, vt videbatur ann. 30. vel circa. & Interrogatus de eius nomine, cognomine, & patria. Respondit. Interrogatus, siue admonitus, quòd narret, quomodo successit casus mortis q. Sempronij. Respondit. Interrogatus, quibus certis loco, die, & hora fuit interfectus prædictus q. Sempronius. Respondit. Interrogatus, cum quibus armis, & in qua parte corporis fuit idem Sempronius vulneratus. Respondit. Interrogatus, quomodo intellexit prædicta. Respondit. Interrogatus, à quo, seu à quibus prædicta dici audiuit, & in quo loco. Respondit. Interrogatus, in quo loco se reperiebat ipse constitutus tẽpore sequuti homicidii in personam præfati q. Sempronij. Respondit. Interrogatus, qui habitant in domo ipsius constituti. Respondit. Interrogatus, vbi stetit illa nocte, in qua successit casus mortis q. Sempronij. Respondit. Interrogatus, cum quo, seu quibus dormiuit ea nocte. Respondit. Interrogatus, ob quam causam præfatus q. Sempronius fuit interfectus. Respondit. Interrogatus, an sibi constituto, vel alij ex correis per aliquem, seu aliquos fuit datũ, vel promissum, vt tale committeret homicidium. Respondit, Interrogatus, in quo loco datus fuit ordo occidendi præfatum q. Sempronium. Respõdit, Interrogatus, de præsentibus ad d. casum. Respondit. Interrogatus, si ipse constitutus alloquutus fuit de hoc casu cum aliquo, seu aliqui-

aliquibus.Respondit.Interrogatus,quæ inimicitia intercedebat inter aggressores, & ipsum Sempronium.Respondit. Interrogatus, de ordine, & tractatu interficiendi præfatum q. Sempronium. Respondit, Interrogatus, de indumentis, habitu, ac statura aliorum complicũ. Respondit. Interrogatus, si de hoc ordine, & tractatu pluries sermo inter eos habitus sit, vel cum aliquo ex prædictis. Respondit. Et admonitus, quod aduertat dicere veritatem tam circa factum, quàm circa ordinem, tractatum, & deliberationem committendi dictum homicidium,aliter cogatur mediis iuris eum in tormentis fateri.quibus habitis fuit reductus ad locum suum animo,&c.Hactenus Nouel. qui in tract. ad defensam.titu. Responsiones reorum. Per totum instruit reum,quomodo super singulis prædictis interrogatoriis respondere debeat.

Exemplum formularum interrogandorum reorum.Io.Mil.in prac. cri.fol.83. & pluribus aliis seq. super homicidio per plures commisso partim Dominos,& partim famulos cum aliqua arte.

Die 17.Ianua.1540:

38 Nos † Ioannes Solon legum magisterij insignitus in suprema curia Aduocatus Præpositi Parjsiẽsis,Vicarius in cõclaue Cõsilij nostri, vbi custodiæ solent audiri eductum è carcere Iaccũ Ebrionem nobilis Gerardi Milonis famulum Burgundũ genere,Hedui ortum, annos natũ tredecim,vti asserebat,ex elogio sceleris indice interrogauimus, qui pro cõsuetudine sacramẽto adactus de dicenda, & cõfitenda veritate, ac interrogatus,quo faciẽte,& criminãte detrusus sit in carcerẽ? Dixit Antonia Diana,alijsq; sibi ignotis heri in vincula coniectũ cũ nõnullis alijs vna prehensis.Si illos, vel quẽ ex illis, à quo tẽpore, & quo noscat,quo item nomine nuncupentur,aut vbi diuertunt. Dixit tum ex facie,tum consuetudine illos probe noscere, quorum vnus Henricus Nebulo Milonis famulus, alter Aegidius Gnato, alius Iaccus Ebrio nobilis Desiderij Anippi famuli nominantur, sibique cum illis magnam quandam biennio necessitudinem intercessisse.A quo tempore famuletur d.Miloni magistro. Dixit à duobus annis eius in familia vixisse. Si sciat Miloni magistro litem in Senatu Parisiensi esse,cũ quibus,& ratione cuius. Dixit illum cum quibusdam, sed maxime cum Ioanne Pluto,& Iuliano Xenio ciuibus Lutetianis,sicuti accepit, litẽ esse,& ex auditu se scire tantum;præterea nihil. Vbi nã quotidie prãdeat,cœnet,manducet denique,& pascat d.Milo,& cum quibus.Dixit nunc hic,nunc illic,cum pluribus nobilibus sodalibus epulari,ac compotare;quod percensere vtique perdifficillimũ foret. Quot dies sunt, à quibus prandit Milo in diuersorio, cuius in tabula pensili pictus est paruus ceruus apud Parisios,& qui cum eo erant, qui famuli ministrarent.Dixit,magistrum suum Milonem mense Octobri nouissimè præterito prandisse in d.diuersorio parui cerui Parisijs cũ nobili Desiderio Anippo eius sodali,& alijs nobilib.sibi interrogato ignotis; Aegipio Gnatone, Ferdinãdo Parasito d.Anippi seruis, Hẽrico Nebulone,

M 2 & se,

& se,qui loquitur d.Milonis famulis,magistris,obsequentibus,& ministrantibus. Quæ verba d. Milo, & Anippus habuerunt illic inter epulas? Dixit, plura, sed horum non meminisse inpræsentiarum. Si inter alia audiuit d. Milonem se in suprema curia à d. Crasso, & Xenio, astu,& versutia magistri Chrysostomi Crassi in d. curia patroni victũ narrantem? Dixit, se audiuisse. Si d.Milo blasphemiis obtestatus est se vindictam sumpturum de dictis Pluto,Xenio,Crasso ante sequentis hebdomadæ lapsum. Dixit,eorum audiuisse nihil. Si sciat decima die Octobris nouissime præteriti hora nona vespertina nominatos supra magistrum Crassum,Xenium,& Plutum trucidatos fuisse in uico Sancti Honorati Parisijs iuxta Crucem Tironeri,& per quos? Dixit,audiuisse prædictos defunctos occisos esse dictis die, & hora; verum,à quibus,& per quos,penitus ignorare. Num d.Milo,Anippus,& ipse,qui rogatur,insultauerunt superioribus die,& hora d.defunctos,quo telo mi serè confoderunt, & male mulctatos dimiserunt? Dixit deuouens se dris, & malis geniis; atque crudelissima quæque imprecari, deprecãs dæmones,vt ipsum ad inferos deferant, absorbeantque tartara ditis, si huiusce tam atrocis sceleris fuerit aut author,aut adiutor,aut quicquam sciuerit præter illa audita. Illum mentitum, nec veritatem dixisse docuimus,manifestoque mẽdacio deprehendimus, quod per elogia aduersus eum concepta,aliosque conscios,ac participes probatũ esset,& liquido constaret d.die.10.Octobris sub nonam noctis horam d.defunctos insidiis circunuenisse, ac trucidasse, nec non Dionysium defuncti Crassi amanuensem grauiter vulnerasse. Dixit, huius se facti prorsus nescium, seque,quæ loquerentur, omnia latere. Si assentiri vellet testibus,qui in elogio testimonium dixissent. Dixit,id minime velle,cum illos non agnosceret, cuperetque videre. Nec plus,vel aliter dixit sedulò rogatus,atq; examinatus,eũ in carcerẽ remisimus.

Ex eodem.fol.88.Eadem die.

39 Fuit † itidem accersitus,& eductus è carcere Henricus Nebulo famulus nobilis Milonis natione Rothomagen.ætate ann.29.aut circiter,vt aiebat,tactis sacrosanctis Dei Euangelijs de dicenda, & confitenda veritate iuratus à nobis. Rogatus causã, & cuius instantia coniectus esset in carcerem. Noluit respondere, tandem multa indicta respondit, se causas minime scire, sed instantibus quadam uidua, & alijs prehensum se,& illuc detrusum,quantũ sibi relatum esset. A quot diebus nouissime epulatus est d. Milo in caupona parui cerui Parisijs, & qui ei assidebant sodales? Ait,in Mense Octobris vltimate lapso d. Milonẽ in illa caupona epulatũ cum nobili Desiderio Anippo, alijsq; permultis sibi ignotis. Quæ necessitudo intercedebat d.Miloni cum illo Anippo? Ait,conterraneos esse, & ferè sub eodem tecto vti eodem lare,socios,& sodales. Quæ colloquia inter illos in d.diuersorio prandentes fuerunt? Ait varia,atque diuersa,quorum iam immemor esset. Num inter hæc Milo,litem sibi fuisse cũ Iuliano Xenio,& Ioanne Crasso,in caq; [illegible]uit succubuisse? Ait,idquidem à Milone tunc temporis

ris narratum. Num is Milo in hæc verba erupit, cauſa cecidi in Curia ſuprema, arte, & dolo magiſtri Chryſoſtomi Craſſi, ſed & per mortem & ſanguinem Chriſti ante huiuſce hebdomadis finẽ funditus perdam Xenium, Plutum, & Craſſum, nec incruentam de me portabunt victoriam. Ait, horum ne minimum quidem audiſſe. Num idem Milo re ipſa præſtiterit, quod erat interminatus? nũ poſt verba conſequuta ſunt verbera, & ad effectum perduxerit dicta, conſtipatus nobili Anippo, Bernardo Traſone, Claudio Caligula Principis noſtri legionarijs, Aegidio Gnatone, Ferdinando Paraſito famulis Anippi, Iacco Ebrione, Andrea Iro, ipſoq; qui rogaretur die 10. Octobris veſperi circa horam nonam compoſitis inſidijs, ac ſtrictis enſibus inſurrexit in d. Craſſum, Plutum, & Xenium, & ad internicionem vſque ceciderit, atq; eadem vi, & impetu Dionyſium Dauum Craſſi famulum grauiter læſerit? Ait, ſi horum omnium aut viderit, aut audiuerit quicquam, terræ hiatus, & abyſſus maledictum, ac excoratum cum Dathan, & Abirõ deuorent. Quem cum manifeſte refelleremus, apertéq; mendacij cõuinceremus, Ait ſe vera loquutum, non mendacia. Vtrum ſe ad Milonem magiſtrum nobilem Anippum, Caligulam, Traſonem, Ebrionẽ, Paraſitum, Gnatonem, & Irum referre, teſtimoniiſq; adhærere vellet. Ait, ad ſe vnum, non ad quemuis alium referre velle. Hæc tantum ille non oſcitanter rogatus, & examinatus à nobis, atque ideo in carcerem reductus.

Ex eodem. fol. 90. Eadem die.

40 Euocatus † è carcere, ac coram aſtans in Conclaue Gerardus Milo dominus Vallis in Beluenſia ibidem ortus ann. 30. aut circiter natus, barba oblonga, capillis tonſis, ſacramento obſtrictus de dicenda, & confitenda veritate, & Interrogatus, quam ob cauſam, quibuſve inſtãtibus protruſus eſſet in carcerem? Latet me (inquit) & indigne hãc mihi innocenti factam iniuriam apud te æquiſſime Iudex queror, poſtuloq; contra eos, quos decebit, litis æſtimationẽ, damna, & id quod intereſt mea. Vbi (inquimus) habitas, ſedem fixeris, aut in quem locum te recipias? Pariſijs, inquit, à ſemeſtre moratus ſum, interim dũ hic certa lis ĩ ſupremo ſenatu tractaretur, & finiretur. Aduerſus quos (inquimus) hæc lis tractatur? Aduerſus (inquit) Iulianum Xenium, & Ioannem Plutum ciues Luterianos, & me. Vtrum, (inquimus,) eiuſmodi lis ſit finita, & à quo tempore, & ſecundum quos data? Hoc (inquit) menſe arreſto Curiæ ſupremæ ſecundum aduerſarios lis data eſt; iure tamen, an iniuria ipſi viderint, quibus ita viſum eſt; relucet tamẽ æquitas, & res ipſa loquitur, quàm inique, atque iniuſte. Næ (inquimus) temerarius es, & effrons, qui adeo impudenter, audacterque loqueris. Nihil (inquit) prohibet loqui ſuę innocentiæ fidentem, nullaque impalleſcentem culpa. Sed ad rem, (inquimus) quis patronus aduerſariorum partes tuebatur, quo agente cauſam tenuerint? Is (inquit) fuit magiſter Chryſoſtomus Craſſus, artis veteratoriæ homo adeo exercitatus, vt cauſam inferiorem ſuperiorem, ſuperiorem inferiorem iure, æquo ue

æquoue suadente, aut dissimulante facere queat. Vitamne(inquimus) crudeliter interminatus es Crasso, Xenio, & Pluto in parui cerui diuersorio prandens, & quibus loquutus es de ijsdem aduersarijs? Nona (inquit) die mensis Octobris prãdenti mihi cũ nobili Desiderio Anippo, & tribus alijs nobilibus, quos secum adduxerat Anippus in parui cerui diuersoriũ, venit in mentem litis huiusce recordatio, cuius causam, & exitum d. nobilibus obiter exposui, qui non admodum Arrestũ probarunt, existimaruntq; ab omni iure alienum, deinde incidimus in alios sermones. Num(inquimus) ibidem palam in has minas exclamaueris? Aedepol per mortem, & sanguinem Dei ante huiusce hebdomadis finem prædicti Xenius, Plutus, Crassus meritas luent pœnas, nullaq; alia, quàm mea manu uitam finient. Male, (inquit,) pereã, hæcque terra mihi dehiscat viuo, si quid eiusmodi à me exierit. Qui erant(inquimus) alij tres nobiles ab Anippo in d. diuersorium adducti, quoue nomine nuncupetur, & vbi sedem habeant? Audiui(inquit) alterum Claudium Caligulam, alterum Bernardum Trasonem vocari Principis nostri milites, tertium non noui nec nomine quidem. Qui famuli(inquimus) ministrabant, & inseruiebant in d. prandio? Quatuor(inquit) duo ex meis Iaccus Ebrio Iunior, & Hẽricus Nebulo, duo item alij Anippi Aegidius Gnato, & Ferdinandus Parasitus. Vbi (inquimus) & cum quibus die 10. Octobris nouissime præterita cenauisti? Parumper meditatus cœnam (inquit) eo die feci in diuersorio, cui pendet intersigniũ Leonis argentei Parisijs in vico sancti Honorati cum Anippo, & sociis, quos in Palatio inueneram, atque ibi cenauimus ad horam nonam, illincq; mature nos dormituri contulimus in diuersorium Balistæ in via sancti Iacobi ad nostrum hospitium. Num (inquimus) illius dici hora 9. ipse, & Desiderius Anippus cum vniuerso satellitio insidias construxistis, & strictis gladijs inuolastis in Xenium, Plutum, & Crassum iuxta Crucem Trioueri, acerbeq; cõcisos reliquistis, Dionysium vero Dauũ Crassi famulum vertistis in fugam læsũ, coegistisq; in pedes se dare. Dij boni(inquit) quid ego audio? adeo me ferum putas, ac crudelem, vt hæc cogitarim, tantum abest vt effecerim, quæ ẽt ipso auditu offendunt; deliramenta planè, atq; somnia mentis insanæ, & ægrotantis. Noscis ne(inquimus) Andream Irũ Cerdonem, & num interfuerit in diuersorio Leonis argentei? Nosco (inquit) sed visu tantum, quod eo sum aliquando vsus in deferendis sarcinulis hac in vrbe Parisiensi; ueneratq; is Irus in diuersorium tpe cænæ à me paruulum pecuniam accepturus, quæ pro operarũ locatione ei debebatur, qua persoluta discessit, postea nunquàm visus. Homicidium(inquimus) astute dissimulas, certaq; retices, ac protrita hic effugiendi occasionem captans. Rem(inquit) apertam aperte recensui, nõ circuitione usus. Vis ne(inquimus) testimonijs Anippi, & tuis famulis subscribere? Nullius(inquit) in verba iurare assueui, expertus quàm sit periculosum hominum fidei credere. Ad hunc itaque modum exquisite discussus super criminatione & elogio repetiuit carcerem.

Ex eodem. fol. 92. Dicta die.

Ioannes Solon legum candidatus,&c. AEgidium Gnatonem nobilis Desiderij Anippi seruum Britannum annorũ 30. aut paulo senior veste hispanica nigra cum thorace rubeo,& caligis dissectis, bicoloribusque accitum è carcere in conclaue Consilij Præpositurae, atque religione obuinctum ita de crimine obiecto indicijs, & elogio concepto percunctatur,conscientiamq; explorat. Solon. Gnato, quis casus deiecit in carcerem,cuiusue causa includeris? Gnato. Sacris sum initiatus,& iurisdictionis alterius mancipatus. cui ego, non tibi debeo respondere,& ad quem remitti postulo; quod si mihi non credis, en tibi fidem facient tabulæ de ea re, scripturæ sacri ordinis assertorię, & consignatæ sigillo Episcopi, quas ipse constituto die adhibiturum me polliceor. Solon. Præcipio, iniungo'q; tibi sub pœna ducentarum librarum, ut mihi respondeas remittendus ad ecclesiasticum, si fieri oporteat,ne præcidatur tibi fori præscriptio. Gnato. Effecit Antonia Diana,alijsque,quos penitus ignoro, vt has compedes gestem, in vinculaque inciderim, quam ob causam ipse non satis scio. Solon. Noscis ne nobilem Gerardum Milonem, & à quo tempore? Gnato. Noui equidem, quod consuetudinem habeat cum Anippo meo Domino à duobus annis. Solon. Num vidisti eosdem Milonem, & Anippum accumbere in prandio in diuersorio parui cerui, & à quo tempore, & qui nam cum illis erant? Gnato. Sex sunt, aut septē, à quibus Milo, & herus meus Anippus cum Claudio Caligula, & Bernardo Trasone militibus in illo diuersorio pranderunt. Solon. Quid num audisti prandendo Milonem magistro Chrysostomo Crasso, Xenio, & Pluto ante lapsam hebdomadam interminatum mortem. Gnato. Audisse non memini. Solon. Vbi cœnarunt, & dormierunt Anippus, & Milo decimo die Octobris proximi? Gnato. In diuersorio Leonis argentei, via ad sanctum Honoratum Parisijs, dormieruntque in assueto hospitio in victo sancti Iacobi sub intersignio Balistæ. Solon. Qui famuli illos sequuti sunt redeuntes in hospitium? Gnato. Ipse, & Ferdinandus Parasitus famulus Anippi, Henricus Nebulo, Iaccus Ebrio Milonis serui. Sed meus herus uix dum egressum limen, domum me misit ad equos pascendos, disponendaque omnia, quò paulo post uenit, & ipse Milo cum alijs. Solon. Vtrum Andreas Irus Cerdo Parasitus cum illis esset? Gnato. Non, per se autem duxit, quod post cœnam venit ad Milonem mercedem petiturus, exiuitq; cum illis in uiam; quo tamen inde recesserit, non facile dixerim. Solon. Quamobrem Anippus, Milo, Caligula, Traso illa die decima Octobris in consueto hospitio Balistæ, potiusquam in diuersorio Leonis argentei, longo interuallo distante cœnare maluerunt? Gnato. Quendam amicum suum conterraneum nobilem aduē tasse, & illic moraturum referebat Milo, quem uidere, & cum eo fabulari mirum in modum affectabat, orauitque Anippum, Caligulam, Trasonem, ut se comitarentur, unaque cœnarent. Solon. Num

tu Milo, Anippus, Caligula, Traſo, Irus, Ebrio, Nebulo paraſitus redeuntes à Leone Argẽteo ad Crucem Tirouerí collocatis inſidijs circa horam nonam veſpertinam irruiſtis in magiſtrum Chryſoſtomum Craſſum aduocatum, Ioannem Plutum, & Iulianum Xenium, eoſq; plu ribus letalibus percuſſos vulneribus ibidem reliquiſtis? Gnato. Nihil omnino ex his nec vidi, nec audiui. Solon. Num ſimiliter Dionyſium Dauũ Craſſi amanuenſem vulneraſtis, & impuliſtis in fugam? Gnato. Nihil minus. Solon. Mentiris tuo more nequam uerum tam impu denti mendacio non effugies. Gnato. Nequaquam mentior, nec tuis ſeueriſſimis me perterrefacies dictis. Solon. Viſne te ſubmittere te ſtibus, qui aduerſus te, & alios flagitij participes teſtimonium dixerunt. Gnato. Teſtibus vitam meam non credam, niſi præclare mihi perſpectis. Ibi verò percunctanti Præpoſito ita reſpondit, eſtque redi turus in carcerem Gnato.

Ex eodem. fol. 96. Dicta die.

42 Ego † Ioannes Solon Præpoſitus. &c. Ferdinandum paraſitum nobi lis Deſiderij Anippi famulum Lemouicenſem annis 30. natum, aut cir citer, vti aiebat, in conclaue ſecretioris examinis accerſiri è carcere iuſſi, ab eoque poſt iuſiurandum exacte ſciſcitatus ſum cauſam præhenſionis, qua de cauſa, quoque delatore in neruo eſſet obuinctus? Qui reſpondit, ſe latere. Qua die nouiſſime Anippus herus in parui cerui diuerſorio Pariſijs prandit, & quibuſcum? Ait, nona die Octobris herum prandiſſe in illo parui cerui diuerſorio cum gentili Gerar do Milone, amico etiam intimo vnà, cum Bernardo Traſone, Claudio Caligula, Principis noſtri authoratis militibus. Vbi illorum domicilium, quo ſe recipiant? Ait, quatuor ex illis idem habere hoſpitium Pariſijs in via ad ſanctum Iacobum, ſub interſignio baliſtæ, & ſex exactos menſes, quibus Milo, & Anippus, Traſo, & Caligula ibidem mora rentur. Qui ſermones habiti, & quæ colloquia inter epulas Anippo, & Miloni prandentibus in parui cerui diuerſorio? Inquit, ex tempore memorare non poſſe, cum varij, & multi, de varijs, & multis rebus. An interloquendo inter eoſdem, non obtinuiſſe cauſam in ſupremo ſenatu aduerſus Ioannem Plutum, Iulianum Xenium, aſtu, & verſutia magi ſtri Chryſoſtomi Craſſi in eodem ſenatu aduocati, explicauerit Milo, blaſphemijs indigne nominans Chriſtum, deierans inſuper, ac minitans vltionem iudicijs, addensque Xenium, Plutum, & Craſſum non alia, quàm ſua dextera perituros ante effluxam hebdomadam? Inquit, Milonem in eo prandio litis meminiſſe, & ſe in ea victum iniq;, ac con queſtum de aduerſariis Xenio, & Pluto, atq; maxime Craſſo, quo actore deciſa fuerit: propterea hos tres, vbi inueniret, male mulctaturum. Cur ipſe Paraſitus Plutum, Xenium, & Craſſum nõ commonefeciſſet, cum ſciret Milonem in illorum mortem coniuraſſe, ac vitæ inſidiari? Inquit, nunquàm exiſtimaſſe Milonem tam temere rem confecturum, quàm ipſe ira percitus comminaretur. Vbi Milo, Anippus, Caligula, & Bernardus die 10. menſis Octobris cœnauerunt? Inquit, quatuor

tuor illos in diuersorio Leonis Argentei in Vico sancti Honorati simul cœnasse, quod Milo audijsset quendam nobilem Conterraneum, & amicum aduentasse, illicque futurum. Vtrum is nobilis illic esset? Inquit, non fuisse: Verum Milonem reliquos tres precatum Anippũ, Trasonem, & Caligulam, ut ibi cœnarent, qui annuerunt. Qua hora illinc discesserint? Inquit, sub 9. noctis horam. Num meditatis insidijs, Milo, Anippus, Traso, Caligula illa hora Crassum, Xenium, Plutũ transituros iuxta Crucem Tiroueri obseruauerunt, prætereuntesque inuaserunt, atque interemptos reliquerunt? Inquit, tam atrox facinus se omnino ignorare. Quin etiam rursus à me ad verum dicendũ inuitatus ea lege, vt facile veniam, & misericordiam impetraret. Inquit lachrimans atque suspirans sublatis in cœlũ oculis, & manibus, quæ vera esse sciret, vel audisset, recensuisse. Num Plutum, Xenium, Crassum ad Crucem Tirouerii illa 10. die Octobris interemptos sciret? Inquit, à multis audiuisse. Num puderet tam manifesti mendacij? inquit, nihil esse pudendum. Num assentiri vellet hero Milonis, Trasoni, Caligulę, testibusq; elogij de talij homicidio cõcepti? Inquit, nescire planè, quid eiusmodi testes dixerint. Itaque rediit in carcerẽ.

Ex eodem. fol. 98. Dicta die.

43 Bernardum † Trasonem Principis nostri militem Heluetium 30. ann. & erroneum, vti inquiebat, è carcere ad secretũ tribunal huiusce Præpositurę vocatum data fide dedicenda, & confitenda veritate hoc modo rogaui? Quis te reum fecit? quo accusante detrusus sis in custodiam? quibus ve indicijs concepta in te, & alios coniuratores elogia? Nescio sanè, respondit, hoc solum affirmabo, quod certissimum est, inique me in vincula pertractũ, indigne, nec pro meis in Rempub. fortiter gestis tractari. Si nosceret Milonem, & à quo tempore? Noscere se fatetur, cùm uisu, cum consuetudine, quod cum eo, & Anippo in hospitio Balistæ in vico ad sanctum Iacobum tres menses, aut paulo minus egerit. Vbi nam prehensus fuisset? Heduis se prehensum à loci lictoribus, deinde adductum, & in carcerem intrusum die 15. Ianuarij. Quæ abitionis causa ab hac Vrbe Lutetiana, & à quo tempore Heduos accesserat? Parisijs soluisse se uisendæ Ciuitatis gratia mẽse Octobris nouissimè, diem tamen non tenere. Num prandio adfuisset in diuersorio parui Cerui Parisijs cũ Milone, & Anippo, & quę inuicem inter se sunt colloquuti? eodem mense Octobris cum Milone, Anippo, & Claudio Caligula principis legionario, & collega in illo diuersorio parui Cerui prandisse, non inficiatus est; cœterum immemer colloquiorum vltrò, citroque habitorum. Num illo prandio excitatus est sermo de quadam controuersia in supremo consessu iactata inter Milonem, & Iulianum Xenium, Ioannem Plutum, in qua ipse Milo industria, & acumine Chrysostomi Crassi in eodem consessu patroni victus fuerat? Excitatum affirmauit, atque adeo, ut Milo non sit veritus huius tam iniusti flagitij vltionem promittere. Num Milo illos Xenium, Plutum, & Crassum primo quoque tempore etiam ante

ci possono esser testimonij di questo fatto contra di me, che ne sono affatato innocente. Interrogatus, quid ergo dicet, si prædicti eius famuli hoc etiam dicent, & deponent in faciem ipsius Cōstituti, quod scilicet ipse, & d. eius socij non solum se posuerunt ad insidias in d. loco Crucis Tiroueri ad trucidandos d. eius aduersarios ibi transituros, sed quod etiam contra illos venientes strictis gladijs irruerunt, eosq; vulnerauerunt, & occiderunt. Respondit, Che vuole V.S. ch'io dica contra questi sciagurati di miei seruitori, che sono pieni di bugie. questo istesso gli dirò, se mi verranno in faccia, perche non è vero, ch'io habbi offeso d. miei auuersarij, che non hebbi mai tal animo. Ex tunc Dominus ad conuincendum ipsum Constitutū de mendacio, ipsumq; disponendum ad veritatem dicendam, mandauit iterum adduci in eius faciem d. Nebulonem. Qui sic Adductus, delato eidem iuramento de veritate dicenda prout iurauit manu tactis, &c. fuit per Dominū interrogatus, vt in substantia recenseat factum occisionis Xenij, Pluti, & Crassi, & dicat, quis contra eos irruerit, eosque vulnerauerit, & occiderit, & dicat veritatem. Respondit, La verita è questa Signore, che come ho detto altre volte doppo che hauemmo cenato nell'hosteria del Leone d'Argento, Milone qui mio patrone condusse li suoi compagni, & noi seruitori armati nel d. luogo della Croce di Tirouero, & li si fermorno per aspettar che dalla casa di Pasquilio ritornando à casa loro li d. Pluto, Crasso, & Xenio, passassero di lì, come per ritornare à casa era necessario, che passassero per quel luogo, per assalirli, & ammazzarli, come successe, che passando di li Milone quì mio patrone, li d. suoi compagni li assalirno, & con l'arme che haueuano, ridussero molto male d. Crasso, Pluto, & Xenio, che lì lasciorno feriti in terra per morti, & si dettero in fuga, & noi seruitori con esso loro, & questa è la verità. Interrogatus d. Milo Constitutus, vt modo dicat quid respondeat prædictis. Respondit, O sciagurato ribaldo che sei, come ti basta l'animo di dir contra la vita mia si gran bugia, benche non mi marauiglio, che hauendo dette l'altre bugie, puoi aggiunger quest'altra ancora maggiore di tutte. costui dice la bugia Signore, & non è vero, nè sarà mai vero quello che lui dice. Replicante d. Nebulone adducto, O M. Milone patron mio, è pur troppo vero quel ch'io dico, non bisogna far male, perche non si sappia, bisogna risoluersi di dir la verità, come ho fatto Io, che mi è bisognato di dirla trouandomi in questo luogo. Et cum vterque ipsorum staret in dicto suo, Dominus mandauit d. Adductum reponi ad locum suum animo, &c. & successiuè adduci d. Ebrionem, Qui sic Adductus delato eidem iuramento de veritate dicenda, prout iurauit manu tactis, &c. fuit per Dominum interrogatus, vt ipse pro veritate recenseat factum homicidiorum perpetratorum in personam Crassi, Xenij, & Pluti, & dicat, quis contra eos irruit, eosque vulnerauit, & dicat veritatem. Respondit, Doppo cena, che cenammo quella sera nell'hosteria del Leone d'Argento, Milone quì mio patrone, & li sopradetti suoi compagni,

pagni, & noi seruitori armati tutti, che l'arme si fecero venire doppo cena in quell'hosteria, andammo alla Croce di Tirouero, per aspettar che di lì passassero d. Xenio, Pluto, & Crasso, che haueuano cenato in casa di Pasquilio, & cosi passando di lì, furno assaliti con le dette arme da Milone quì, & da detti suoi cõpagni, che à posta li haueua condotti lì in quel luogo, & loro gli dettero delle ferite, si che gli lasciorno quasi per morti in terra, & tutti ci demmo in fuga, & cosi passò il fatto in sustantia, & tanto hò detto nel mio esamine, & rifermo in faccia quì di Milone. Et statim voluens se erga d. Milonem habentem oculos demissos In terram, Milone patrone mio habbiate patienza, perche non ho potuto far di manco di non dire questa verità, & perdonatemi. Cui statim respondit ex se dict. Milo Constitutus, perdoniti pure Iddio, à chi tocca di perdonar li peccati; ma non sò come tu meriti perdono dicendo si gran bugia, in cosa, doue ne và la uita, come tu la dici, senza manco. Et voluens se erga Dominum subdit, Signore questo è un gran assassinamento, che mi fanno questi miei seruitori, che essendo io del tutto innocente, contra la verità mi fanno colpeuole, & reo. Replicante d. Ebrione Adducto, M. Milone, io dico la verità, & se hauete fatto il male, è honesto, & giusto, che ne facciate la penitenza, & se non l'haueste fatto, io nõ direi questo, ch'io dico, che non ho causa alcuna di dir la bugia contra di uoi, che mi sete patrone, oltre che perche uolete, ch'io dicessi la bugia, nè contra di uoi, nè di persona alcuna Et cum uterque ipsorũ staret in dicto suo, Dominus mandauit d. Adductum reponi ad locũ suum animo. &c, Et continuando examen cum ipso Constituto, eundem interrogauit, monuit, & hortatus fuit ad fatendum ingenuè ueritatem de d. homicidiis, postquàm uidet, quod ultra quod tot, & tã grauia contra ipsum urgent indicia, est etiam per testes conuictus, nec uelit ulterius in eius pertinacia persistere tam audacter. Respondit, Io dico, & dirò sempre, che sono innocente di questo fatto, & questi miei seruitori sono bugiardi, & non sò che uagliono gl'indicii contra l'innocentia. Ex tunc Dominus dimisit examen, & mandauit ipsum Constitutum poni ad largam, & copiam processus decreuit cũ termino trium dierum ad faciendum suas defensiones, habitis tamẽ testibus pro ritè, & rectè receptis, & legitimè examinatis, saluis exceptionibus, & repetitione, &c. omni meliori modo, &c. & addi etiam solet ibi, legitimè examinatis, maximè reo instante, præter mortuos, & absentes.

45 Et † fieri solet decretum huiusmodi: quia reus dũ examinatur, & ante retinetur in secretis carceribus, nec permittitur, quod ipse possit alloqui Aduocatos, & Procuratores, nec aliquem alium. & ita communiter obseruatur à iudicibus, & admonet Mars. in prac. crim. in §. nunc uidendum. post n. 15. dicens, quod ita à iudicibus obseruatur, ne reus
56 ab aliquo ad occultandum delictum instruatur. Et † si aliquando necesse

cesse esset, quod aliquis reum ita in secretis carceribus retentum allo queretur ex alia tamen causa, quam ex causa delicti, pro quo reus deti netur, Iudices, qui cauti sunt, non alter id illi permittunt, nisi bene co gnita eius qualitate, & præsente, vel ipso Iudice, uel notario causæ, vel custode carceris, quorum tamen fides probata sit, ne affectata occasione in aliquo modo reum ad occultandum delictum instrui contingat. Et debet reus statim examinari, vt dicit text. in l. 1. C. de custo. & exhib. reor. idest celeriter, vt ibi sentiunt Doct. & Paul. III. Pont. Max. statuit in suo Motu proprio in fauorem omnium pauperum, ne Iudices captum pro quo uis crimine in secretis carceribus vltra triduum antequàm examinetur retinere, vllo modo possunt, sed infra triduum carceratum huiusmodi examinent. idemque decreuit Pius IIII. in suo Motu proprio super reformatione tribunalium omnium Vrbis, quatenus ibi mandat, in omnibus obseruari dictum Motum propriũ Paul. III. quoad expeditionem carceratorum. & in alio eius Motu proprio super reformatione Officij Auditoris Cameræ, 4. non Iulij 1562. idẽ Pius IIII. præcepit Auditori Cameræ, ut curet, ne rei vltra triduum retineantur in secretis carceribus antequàm examinentur. nisi tamen natura causæ aliud suadeat. & dicit Simanc. in prax. hæreseos. tit. 27. de interrogationibus, num. 1. quod postquam rei fuerint in carcerem coniecti, post biduum, uel triduum examinãdi sunt ab inquisitoribus, & habemus statutum nostrum Vrbeuetanum, quod mandat reum non detineri in secretis carceribus vltra quinque dies exceptis casibus vltimi supplicij, pro quibus ultra octo dies rei in secretis carceribus detineri non possunt. vt in reformatio. rub. 4.

47 Et † deinde completo processu, perfectoque examine ipsius rei, ponitur ad largam, idest in publicis carceribus inferioribus, vel alibi in carcere tamen, iuxtà personæ, & causæ naturam, & qualitatem arbitrio Iudicis, ut suas ita reus possit facere defensiones. & ita obseruatur, & obseruari debet ab omnibus iudicibus, & ita reum ponendum esse ad largam dicit Marsi. in pract. crim. in §. postquam. post num. 5. & Foller. in pract. crim. in verb. & facta litis contestatione. num. 10. idq; etiam statuit Paul. III. in dicto suo Motu proprio in fauorem pauperum. & Pius IIII. in d. Motu proprio super reformatione tribunaliũ Vrbis. mandans dictum Motum proprium Paul. III. in omnibus obseruari quoad expeditionem carceratorum. & in dicto Motu proprio super reformatione officij Auditoris Cameræ. Et poterit ita reus positus ad largam libere loqui cum suis Aduocatis, & Procuratoribus, & aliis, ut suas ita facere possit defensiones. Interdum tamen causæ qualitas necessario suadet, ut reus completo etiam processu, & examine non ponatur ad largam, sed eo retento in secretis carceribus, uel alibi in carcerem, ita ut neminem alloqui possit, sed lumen tamen videat ad primum solis ortum, vt habetur in d. l. 1. C. de custo. reor. vbi tex. docet, quales esse debeant secreti carceres. centur defensiones quod videtur satis decreuisse Paul. III. in d. Motu proprio in fauorem

pau-

pauperum.dum dicto verſ. Dictique Iudices, iubet iudicibus, quod reum ponant ad largam, vel in ſecretis carceribus, prout facti qualitas expoſtulat,retineant. Sed tamen ei ſic retento in ſecretis carceribus pendente termino defenſionis commoditas dari debet libere loqui cum eius Aduocatis,& procuratoribus etiam ſemotis arbitris, niſi tamen qualitas cauſæ aliud neceſſario ſuadeat.ut decreuit Pius IIII. in d Motu proprio ſuper reformatione officij Auditoris Cameræ. & licet. d. Motus proprii loquantur de iudicibus Almæ Vrbis,hæc eadem tamen ſeruari debent in toto ſtatu eccleſiaſt.co. Iac. Menoch. conſil.51.num.36.lib1,.

48 Et † reo ita poſito ad largam,vel aliter retento,vt qualitas cauſæ exſpoſtulat,decernitur copia proceſſus,& indiciorum, cum termino defenſionis, quæ quidem copia danda eſt ſecundùm communem opin. de qua teſtatur Rip.in l.2.n.8.C.de e.den.quē poſt Villalob. in ſua collecta commu.opin.litera I. nu. 22.refert Iul.Clar.lib.5.ſent.§. fi.q.49. verſ.1. Quod nullam habet difficultatem, ſi reus eam petat ſibi dari,

49 prout † peti debet ſecundùm opin.& practicam, vt teſtatur Boſſ. in tract,cauſ.crim.tit.de indic.num.78.in fin. & peti poteſt à reo iā torturæ alligato, & dari debet, eſtque à tortura ſuperſedendum, vt per Vulpel. conſi.crim.21.nu.2.qui dicit, quod ita ſeruauit, & ſeruatum vidit & Piceni,& Romæ.quod & dicit idem Vulpel. conſil.cri.74. n.8.

50 Nam † regulariter,etiam ſi contra aliquem procedatur per viam inquiſitionis, danda eſt copia indiciorum, & ita dicta teſtium publicāda ſunt,ad effectū,ut poſſit reus ſe defendere,& ſuas exceptiones proponere aduerſus eorum dicta,& perſonas, vt colligitur ex tex. in cap. qualiter,& quando.el ij.§.debet.de accuſatio. & firmant communiter Doctores,vt atteſtatur Cæpo.conſil.crim.65.circa fin.& conſ.66.verſ. quinto probatur.immo ſcribentes omnes, vt dicit Pariſ.conſi.2.num. 155.lib.4 & Iul.Clar. ex eis d.q.49.verſi.& hęc & diximus infra lib. 4. cap.1.nu.195.licet in cauſa hæreſis, & in aliis ob potentiam reorum, & ne ipſis cauſis fiat præiudicium,nomina teſtium nō niſi recognita, & cauſæ maxime ſuadeant,publicāda ſint. vt admonuimus ſupra hoc

51 lib.cap.1.num.91.98.& aliis ſeq. Et † ſi non petatur,non tenetur alias Iudex dare copiā indiciorum ante torturam, vt diximus d.c.1.num. 193.lib.ſeq.& tradit poſt Clar.quem alleg. Ant.Scap.lib.5.iur. nō ſcripti.cap.97.num.14.maxime ſi reus non eſt ruſticus, & homo ſimplex, & idiota,cū ſi ruſticus,ſimplex,& idiota eſſet, Iudex ex officio deberet copiam proceſſus quamuis non petitam decernere, ſecundum Locat. in oper. inquiſitor.verb.tortura. num.33.poſt Marſ. in prac. crim. d. §.nunc videndum.num.13.Idem Foller.inprac.crim.in verb.detur copia capitulorum.nu.1.in fin.Simon de Præt. conſi.102. num. 15. Vulpel.conſil.crim.34.num.6.& conſil.74.num.7.& ſeq. vbi dicit,hanc eſſe receptiorem opinionem,& Romæ canonizatam,vt nunquam detur copiæ indiciorum,niſi petitæ non denegantur,etiam ſi iam eculeo ſit

52 alligatis, & eleuatus reus,licet † ratio habenda etiam eſſe dur iſperiti, &

ti,& Doctorum,qui in rebus propriis minus sciunt, quam cæteri, vt dicit Boss.in d.tit.de indic. num.80. Et ita potest intelligi Motus proprius Paul. III. in fauorem pauperum, & Motus proprius Pij IIII. super reformatione officii Auditoris Cameræ.quatenus enim ibi mandent sum. Pont. vt copia indiciorum reo dari debeat, debet intelligi, si petatur,& pro vt de iure communi,à quo dicti Motus proprii interpretationem recipere videntur.l.si serui vestri.C.de noxal. cum alijs, vt in nostro tract.de executio.sent.contumac.captobannito.cap. 1. n. 398.& facit,quia si statutum requirit,vt præstetur fideiussio debet intellig.si hoc à parte petitum fuerit.Ias.in l.uniuersa.num.2. C. de precib. Imper. offeren.& in consi.291.vol.2.Mars.in l.vnius.§.cogniturũ. num.8.de quæstio.& in consil.56.num.11.Blanc.in prac.crimi.fol. 38,
53 num 83.Rim.iun.consi.568.num.18.vol.5.Sed † ante condemnationẽ, vt quia reus esset vel conuictus, vel confessus,copia debet omnino dari,etiam si non petatur.vt ex communi obseruantia post alios,quos allegat,dicit Iul.Clar.d.q.49.versi.sed nunquid.& versi.est igitur.& An-
54 ton.Scap.d.cap.97.lib.5.iur.non scripti.num.15. Et † solum Iudex copiam processus decernit: quia cum effectu copia processus per curiã suis sumptibus, & expensis dari non debet,sed expensis ipsius rei,si copiam habere uelit.vt dicit Iul.Clar.d.q.49.d.versi.sed nunquid. & Marant.in Specu. par.6.in 14.actu.num.10. circa fin. Vmbert. Locat. in
55 oper.Inquisit.in verbo tortura post num.3.Licet † copia libelli,& capitulorum dari debeat sumptibus querelantis,uel inquirentis ad exẽplum libelli in causis ciuilibus,vt per Foller.in prac. crim. in d. verb. detur copia capitulorum.num.1.in fin.& Marant.loco iam citato. n. 10.in prin. Et pauperibus gratis dari debet,vt statuit Paul. III. in d. Motu proprio in fauorem pauperum.versi. Iudices prædicti. & Pius IIII. super taxa mercedum notariorum criminaliũ Vrbis.in fi. quod etiam procedit de iure communi. vt late per Foller. in prac.crim. in verb. & si confitebuntur 3.par. num. 55. & Pauperes arbitrio Iudicis iudicantur. secundum Paul. III. in d. loco. vt & de iure communi, vt latè per Iac.Menoch.de arbitr.iudic.cas.65. & arbitrio Aduocati, & Procuratoris pauperum,secundum Pium IIII.vbi supra.& ibi etiam statuitur,quod vbi opus fuerit,loco copiæ indiciorum, tradantur originalia ipsi D. Aduocato,& Procuratori pauperum gratis, & si
56 ne aliqua impensa.† Et decernit Iudex copiam cum d.clausula habitis testibus & c.ne per inquisitum fraus fiat,vt testes, antequam repetantur,de loco discedant, vt repeti non possint. habitis ergo testibus pro rite,& recte receptis,& examinatis,hæc cessat suspicio. ita Foller. in d.verb. detur copia capitulorum.num.5.Nam,vt intelligas, Iudex
57 † copiam processus,& indiciorum dare non tenetur, nec pebet eã ita decernere,nisi completo processu,idest nisi prius in processu deduxe-
58 rit,quicquid habet contra reum:quia † de iure primò actoris fundatur intentio,& sic curiæ, & fisci,deinde reus auditur in suis defensionibus.l.si quidem. C.de exceptio. l. exceptionem. de probatio. Et ita

† licite

59 † licite põt Iudex denegare defensiones, donec fuerit cũ effectu completa informatio, vt per Guid.de Suz.de indic.& tort.n.62. & post eũ, quẽ alleg.per Foller.in prac.cri.in verb.recipiantur defẽsiones reorũ. n.22.& ideo quando pro eo petitur copia indiciorum,& processus nõdum completus est, Iudices pronunciare solent, quod copiã decernũt suis loco,& tempore completo processu,vel simpliciter pronunciãdo
60 se offerunt,ius,& iustitiam ministrare. Et † completa ẽt informatione non tenetur dare copiam,nisi processu legitimato.i.testibus pro infor
61 matione curiæ examinatis parte citata repetitis:solent †.n. iudices cauti(vt refert Saly.in l.fi,C.de quæstio.in fi.)ante inquisitionẽ examinare testes pro informatione Curiæ parte non aliter citata : & in scriptis redigi faciunt eorũ dicta,ne postea contrarium dicãt: & informatione habita formant inquisitionẽ : & si pœna est corporalis, relaxant mandatum de capiendo,ne reus fugiat:qui deinde captus vel respõdet de mandato Iudicis Inquisitori,uel diligenter super delicto,de quo inquiritur,interrogatur:& si negat,iterũ Iudex testes examinat ipso reo citato,vt testes iurare videat,& facta repetitione attestatiões reo præiudicant,non ẽt primæ secundum Saly.vbi supra.cum alijs pluribus à nobis relatis in trac.de defensionibus reorũ. & in method. processus informat.lib.5.c.2.n. & ita ante torturã facienpũ esse à Iudice statuit Paul.3.Pont.Max in Motu proprio in fauorem omnium pauperũ. vers.Iudices prædicti.Ne ergo reus diutius in carcere secreto retineatur,donec.s.processus legitimetur,copia processus eo non aliter legitimato decernitur cum dicta clausula habitis testibus, &c. & ita si reus uult cũ effectu copiã,hẽt apud acta,uel eius procurator ad hoc in specie Constitutus testes pro rite,& recte examinatis præter absentes, & mortuos,& saluis sibi exceptionibus contra personas,& dicta testiũ,&
62 repetitione,quatenus illos repetere voluerit,& ita in† statu Ecclesiastico practica inoleuit.vt ẽt in regno,vt habetur per Capic. decis. 74. & Foller.in prac.cri.in verb.& si confitebuntur.n.51.practica hæc inoleuit,quod quando inquisitus vult copiã indiciorum,vt suas possit facere defensiones,instare solet pro copia,& dicit,quod hẽt testes curiæ pro rite, & recte receptis,& legitime repetitis,& conceditur ei ita copia,cum congrua ratio assignari non possit,cur denegari debeat.vt p eos ibi.& perinde est,ac si testes parte citata repetiti essent,ex cõi omnium praxi.vt d.Vulpel.cons.cri.68.n.7.& tradit Purpurat.consil.238. in fi.lib.2.possunt.n.testium attestationes non legitimè examinatorũ de cõi partium consensu cõprobari.l.fi.& ibi not.Bal.C.de testib. Bar. & ibi Ial.n.16.ubi alleg.concord.in l.1.ff.de fer. Purpurat. in d. consil. 238.in fin.Quæ quidem practica non seruatur in regia Prouinciali audientia,in qua indistinctè datur copia repertorum,& indiciorum, ẽt non habitis testibus pro iuratis,& repetitis.vt d.Foller.in d.verb. Detur copia capitulorum.n.5.& ubi practica prædicta seruaretur,admonet Simanc.cathol.inst.tit.64.de testib.n.25.quod nihilominus Iudex, quis reus dicat,se velle testes habere,vt vulgo dicunt, pro ratificatis,

iterum eos examinare, & interrogare dēt,ne forte defensio reorū pe-
63 reat,cui † ne nominatim quidē renunciare queunt. Doc. in l. pactū in ter.ff.de pact.cū alijs à nobis cōgestis in d.trac.de defensionibus reorū. Et animaduertāt Iudices,quod post decretam copiā cū d.clausula habitis testibus pro rite,& recte receptis,& examinatis, non permittāt copiā tradi,nisi deinde reus testes habeat pro rite,& recte receptis, & examinatis:quia ex solo decreto copiæ cum d.clausula, testes pro talibus habiti nō dicuntur,nisi pro talibus à reo deinde habeantur. & ita practici criminalistæ facere consueuerunt.vt d. Vulpel.cons.cri. 32. n. 6.Nec notarius pōt dare copiā non habitis prius testibus pro ritè, & rectè examinatis,siue iudex decernēdo copiā dixerit, habitis testibus ritè, & rectè examinatis,siue dūmodo habeātur, pro ritè, & rectè examinatis,quia ablatiuus ille absolutus conditionē importat,id est si habuerit.l.à testatore ff.de condit.& demōstr.oēs in rub.ff.sol.matr.cum vulg.pro vt dicta dictio,dūmodo,ex quo adiecta est ei, quod venit implendū anteq̄ actus perficiatur.Crau cons·10.n.14.volu.1. & in specie Bursat,cōs.311.n.3.vol.3 Non tamē hoc ita dico.vt iudex indistinctè prohibeat,ne indiciorū copia detur,nisi testes pro ritè, & rectè receptis,& examinatis habeātur,ne forte reorū defensio pereat,cui nec nominatim renunciari pōt,vt hanc sentit rationē Simanc.d.tit.64.n.25. & sine dubio respectu testiū,qui essent absentes,vel mortui,si pro ritè, & rectè receptis,& examinatis haberentur,reorum defensio periret, cū repeti non possent super eorum interrogatoriis; & ideo quoad absentes,quia suspicio cessat fraudis,quæ fieri posset,ne testes à curia repeterentur,si ad recedēdu m subornaretur,& quoad mortuos, quia oīno cessat timor subornationis,cū mortui subornari non possint,nullo mō Iudex prohibere dēt,ne copia detur indiciorum,& processus, nisi & ij
64 ēt pro ritè,& rectè receptis,& examinatis habeantur. Et† solent ideo Iudices decernendo copiam indiciorū cū d.clausula habitis testibus pro ritè,& rectè receptis,& examinatis,subdere,prout debent, maxime parte instante,præter absentes,& mortuos:quoniā,vt diximus, cessat tunc ratio,quare copia indiciorum denegetur nō legitimato processu,quæ est,vt diximus,vt nō fiat fraus,vt testes recedant ante quam repetantur,ne repeti possint: & mortui repeti nō possunt,& timor cessat in eis subornationis postq̄ mortui sunt, & sic cessat ratio prohibitionis ex generali practica de danda copia indiciorum cum d.clausula,habitis testibus pro rite,& recte receptis, & examinatis.Ita Foller.
65 in prac.crim.in d.verb.Detur copia capitulorū.nu.5.qui idem† dicit de absentibus.intelligendo tamē de illis, qui longa absentia absfuturi
66 sunt, ex quibus † expeditio causæ propter eorum nō repetitionem in regno retardari nō potest ex pragmatica,quæ eo in regno extat,quod expeditio causæ criminalis nullatenus retardetur prætextu testiū curię nō repetitorū.vt habetur per Grā.decis.28.n.6.& Folle. in d.verb. Detur copia capitulorū.n. 5. et in verb.et demū repetantur testes cu-
67 riæ.n.10. Et † hæc ratio esse pōt,quare in Vrbe practica hæc, vt vidi,

non

non seruatur, cũ ibi rei nõ cogãtur, nisi uelint, habere testes pro informatione curiæ examinatos pro ritè, & rectè receptis, & examinatis, si vult habere copiã processus informatiui. Et datur ita copia processus informatiui ẽt nõ repetitis testib. reo citato, quoniã testes fisci, & curiæ vt plurimũ sũt forẽses, & de lõginquis regionibus, & tpe, quo repeti deberẽt, haberi nõ possunt, vel non nisi lõgo tẽporis interuallo, & iõ si reus testes haberet pro rite, & recte receptis, & examinatis, & nõ posset eos repetere super eius interrogatorijs, irreparabile sibi pararet præiudiciũ, quia ex his testibus condẽat o sequi põt, cũ perinde habeãtur, vt supra diximus, ac si parte citata repetiti essent ex cõi omnium praxi, & si testes ex longinquis regionibus euocarentur ad se repetendũ, marcescerent rei in carcere, qui sic quodãmodo pro pœna sibi esset: ideo facta diligentia habẽdi testes pro informatione curiæ examinatos ad effectũ uel repetendi parte citata, vel cõfrontãdi, quo modo ẽt processus legitimatur, vt supra aliãs diximus. Si haberi nõ possunt, quia sunt absentes, & in longinquis partibus cõmorantur. datur copia processus ẽt his nõ habitis pro legitime receptis, & examinatis, & fiũt defensiones, quibus si indicia ciuiliter purgata remanent, fertur absolutoria, & legitimatione processus amplius curia nõ eget. Et † vidi quã

68 doq; in Curia Auditoris Cameræ seruari, quod si fiscus instat, quod processus legitimetur, priusquã copia detur, reus diligenter examinatus interim ponitur ad largã sine aliqua assignatione termini defensionis, ne in secretis carceribus marcescat, donec testes cõparẽt, & vel repetantur, vel cõfrontentur., & ideo quãdo testes absunt, & eorũ præsẽtia necessaria est, id quidẽ dẽt quã celerrime procurari, vt de sociis

69 criminis dicit tex. in l. 1. post princ. C. de custo. reor. Sed † præterea in Vrbe seruari dẽt ius canonicũ, & propterea dari dẽt copia processus ẽt informatiui, vt per tex. in d. c. qualiter, & quãdo. el ij. § dẽt. de accusat. dicit Marant. in Spec. 6. par. de inquisitione. n. 10. & ita ẽt dici dẽt in aliis terris ecclesiæ, in quibus similiter seruari debet ius canonicũ, vt de his etiam dicit Marant. in dicto loco.

70 Apponitur † deinde in d. decreto, & in cõparitione rei, uel procuratoris dicta clausula, saluis exceptionibus, & repetitione, ut ipsi reo habenti testes pro rite, & recte receptis, & examinatis integrũ sit ius excipiẽdi cõtra illorũ personas, & dicta, ac & illos, si opus fuerit, repetẽdi super eius interrogatorijs: aliãs. n. nisi reseruatio hæc fieret, nõ posset postea cõtra hos testes opponere, & eorũ dicta impugnare. Nã habendo testes pro rite, & recte receptis, & examinatis, perinde est, ac si

71 citatus fuisset ad uidendum eorũ iuramẽta: at † quando reus ita citatur, cautus esse dẽt, vt protestetur cõtra ipsorũ testiũ personas, & dicta, ne cõsentire videatur. vt voluit Saly. in l. si quis testibus. C. de testib. & post eũ Foller. in prac. crim. in verb. concedatur repulsa. n. 18. Marãt. in Spec. 6. par. in 13. actu. n. 2. vbi dicit, quod cauti procuratores quotidie vtũtur hac practica, quia in termino citationis ad uidẽdũ iurare testes, protestãtur cõtra personas testiũ, & dicẽda per eos. & de d. clau

sula saluo iure repetēdi.s.super interrogatoriis habetur per Vulpel.cō
72 sil.crim.76.in fin. Et † quando sunt plures rei de vno delicto accusa-
ti uel inquisiti pro quo vnus sit præsens, vt erat d.Milo, alij verò cōtu-
maces, vt d.Caligula, Traso, & Anippus, de iure nō dēt differri proces
sus rei præsentis, donec illi, qui sunt cōtumaces, cōdemnētur secūdnm
cōem opin.vt per Boss.in trac.caus.crim.tit de sent.n.85.Iul.Clar.d.q.
49.vers.sed pone, contrariū tamen seruatur in Statu Ecclesiastico per
cautos Iudices, vt & seruatur in Ducatu Mediolani.quia.s.nunquā pu
blicatur præsenti processus offensiuus, nisi prius cōtumacibus condē-
natis, ut dicunt Boss.& Iul. Clar.in d.locis.& idē Boss. in eo tract. caus.
cri.tit.de delicto.nu.46.& subdit Iul.Clar.in d.loco, quod hæc est opti
ma practica, ne si publicetur processus, possint contumaces instrui de
indiciis cōtra eos existentibus, & subornare testes, & deinde compare
73 re.ipsis † aūt contumacibus cōdemnatis fit publicatio processus, da-
turq; eius copia præsenti, deletis tamē prius, quantum commode fieri
pōt, nominibus contumaciū, atq; his omnibus, quæ ad eos pertinent,
quatenus tamen quoad præsentes per huiusmodi deletionē non tolla-
tur uel in minimo facultas defensionis, quod & in Ducatu Mediolani
obseruari dicit Iul.Clar.in d.loco. Et † terminus, qui per Iudicem as
74 signatur reo ad faciendum suas defensiones, solet esse duorum, triūve,
aut pluriū dierū, iuxta causæ qualitatem, & personam, & distantiam
loci arbitrio Iudicis, vt diffuse diximus in trac.de defensionibus reo-
rum.& de cōi obseruantia in regno est terminus duorum dierum, vt di
cit Maran.in Spec.par.6.in 14.actu.n.15.& Ioseph Cumi.de syndic. c.
21.de tortura.n.29.dicit quod in regno terminus non reperitur taxa
tus, sed quod pōt dari terminus octo dierum virtute literarum dispen
75 satiuarum, vt ibi per eum.& † plures etiam dantur dilationes reo, præ
sertim quādo est in carcere, quia cessat præsumptio calumniæ, & tres
quidē reo dantur dilationes, & accusatori duæ dandæ sunt in iudiciis
76 criminalibus. tex. † est in l.fi. ff. de feriis. qui licet loqui videatur in
causis capitalibus tantum, nihilominus intelligi dēt, ut procedat etiā
in aliis causis criminalibus quibuscunq;. ita ex cōi ex pluribus, quos
allegat Iul.Clar.lib.4.senten.§.fi.q.48.versic.quæro.& diximus in dict.
tract.de defensionibus reorum. Seruatur tamen, quod materia dilatio
num in causis criminalibus sit arbitraria iudicibus, secundum opin.
Innoc.in c.ad petitionem.n.4.de accusatio.quam ēt tenent cōiter Do
ctores cano.vt dicit.Alex.in l.2.n.8.ff.de re iud.& Iul.Clar.d.q.48. ver
sic. quæro. subdens, quod ideo solent Iudices facile concedere plures
dilationes reis, præsertim quando sunt in carceribus; nam eo casu ces
sat præsumptio calumniæ.

Solent nonnulli addere in calce dicti decreti uerba hæc, uidelicet, absq; præiudicio vlterioris processus, & examinis, &c. qua de re infra dicemus lib.4.cap.2.nu.30.& seq.

Finis Libri Tertij.

FLAMI-

FLAMINII CHARTARII I·V·C· VRBEVETANI,

THEORICAE, ET PRAXIS INTERROGANDORVM REORVM

Liber Quartus.

SVMMARIVM.

1 *Tortura quæstio dicitur, quia veritatis est inquisitio per tormenta, & corporis dolorem.*

2 *Tortura, Tormentum, & Quæstio, synonima sunt.*

3 *Tormentorum genera plura sunt.*

4 *Torquendi modus fune manibus post terga ligatis est de iure licitus, & vsitatus.*

5 *Mediolanenses quo tormentorum genere vtantur, & quo Iudices in Statu Ecclesiastico.*

6 *Torquendi modus fune adeo est vsu frequentior, vt ab eo recedi non debeat, nisi quando reus hoc tormento torqueri ex aliqua causa non potest.*

7 *Tormenta noua excogitare carnificum est potius, & crudelium, quàm Iurisconsultorum.*

8 *Tormentorum genera qualia à Iudice usurpari debeant, non est iure cautum, sed Iudici arbitrarium iuxta qualitatem personarum, & indiciorum.*

9 *Tormenta insolita adhiberi non debent, sed ea tantum quæ iudicantium vsu prudenter recepta sunt.*

10 *Iudices reprehenduntur, qui noua tormentorum genera contra ius, fasque misellis reis imponunt. & nu. 12.*

11 *Tormẽta ita adhiberi debent, vt reus saluus sit vel innocentiæ, vel supplicio.*

12 *Iudices irati, & peruersi dicuntur, qui propter delectationem nouam inueniunt speciem tormentorum, & Dominus eos confundit.*

13 *Torquendi modus pro reperienda veritate antiquus est, à pietate Christiana non alienus.*

14 *Tortura in subsidium adhiberi debet, quando aliæ probationes haberi non possunt.*

15 *Tortura reo inferri non potest, quando de delicto aliter constat.*

16 *Iudices torquentes reos super delicto aliter probato tenentur in syndicatu.*

17 *Torturæ subiici potest Reus in ijs tantum casibus, in quibus pœna corporalis imponitur; secus, si pecuniaria.*

18 *Tortura est grauis afflictio, quæ omnem pœnam pecuniariam excludit.*

19 *Tortura grauior est afflictio, quàm sit vtriusque manus abscissio.*

Modus

20 *Modus reperiendi veritatem plus acerbitatis continere non debet, quàm sit ipsa pœna reperta veritate.*
21 *Tortura non habet locum in causa ciuili, vbi agitur de commodo pecuniario.*
22 *Tortura non habet locum, quando de crimine ciuiliter agitur.*
23 *Torturæ locus non est, quãdo pœna tantũ pecuniaria pro crimine imponitur.*
24 *Tortura in quibus casibus in Regno Neapolitano locum habeat.*
25 *Torturam in quibus casibus inferat magna Curia Vicariæ, & Regiæ Curiæ.*
26 *Tortura an inferri possit in crimine blasphemiæ.*
27 *Tortura in quibus casibus locum habeat ex statuto Mediolanensi.*
28 *Tortura in quibus casibus locum habeat in Curia Grationopolis.*
29 *Item in quibus casibus in Curia Casalensi.*
30 *Tortura an indistinctè locum habeat in omnibus delictis, in quibus pœna corporalis imponitur, vel solum in grauioribus, & nu. seq.*
32 *Tortura etiam in leuibus delictis locum habet ex consuetudine.*
33 *Doctori de consuetudine attestanti an credatur.*
34 *Tortura in quibus casibus in Italia locũ habeat, & an in causis furtiuis etiam minimis, & damnis datis.*
35 *Tortura an locum habeat in occisione duorum bobum.*
36 *Tortura in quibus casibus locũ habeat in ciuitate Vrbisueteris ex illius statuto.*
37 *Pœna pecuniaria imponitur per statutum Vrbisueteris pro cicatrice in facie, debilitatione membri, & fractura ossis.*
38 *Pœna amputationis manus est pro cicatrice perpetuo remansura ex statuto Vrbisueteris, si pœna pecuniaria intra certum tempus soluta non fuerit.*
39 *Statutum determinans casus, in quibus quis torqueri possit, in cæteris prohibere dicitur.*
40 *Statutum includens aliquos casus, alios excludere censetur.*
41 *Statutum non habet locum nisi in casibus ab eo expressis.*
42 *Torturæ an sit locus in causa vsurarum.*
43 *Et quando, & in quibus casibus.*
44 *Mercatores falliti, & fugitiui torqueri possunt, vt pecunias eis datas ad mercandum, quas habere negant, indicent.*
45 *Tortura leuis in leuibus esse debet, non excedens primum, & secundum gradum torturæ.*
46 *Minor annis quatuordecim iussu Senatus Mediolanensis, in eculeo eleuatus fuit pro percussione facta cũ lapidibus, ex qua tamen mors secuta nõ fuerat.*
47 *Torqueri non possunt multi, de quibus hic remissiuè.*
48 *Torqueri non possunt multi, de quibus hic remissiue.*
49 *Consuetudo loci attendenda est circa personas, quæ torqueri, aut non torqueri possunt.*
Nobiles an torqueri possint. ibid.
Doctores an torqueri possint. ibid.
Minores an torqueantur, & quomodo. ibid. & supra nu. 46.
50 *Tortura iustè non autem iniustè inferenda est, & aliàs torquens iniustè pœna dignus est.*
51 *Tortura sine indicijs inferri non debet.*

52 *Torqueri quis non potest sine indicijs, etiam in maioribus delictis, & atrocissimis, etiam in crimine læsæ maiestatis.*
53 *Torqueri quis non potest à Iudice sine indicijs, etiam quod liberum habeat arbitrium.*
54 *Indicia ad torquendum legitima esse debent.*
56 *Indicia ad torquendum sufficientia ad torturam esse debent.*
57 *Torquetur quis in Dominio Mediolani in atrocibus, etiam quòd indicia non sint in totum sufficientia, neque per testes omni exceptione maiores probata. Copia processus plerumque non data in atrocibus proceditur ad torturam in Dominio Mediolani ibid.*
58 *Reus ante torturæ actum interrogationibus adhuc ad dicendum veritatem impellendus est, & quomodo.*
59 *Indicia reo ante torturæ actum rememoranda sunt, quibus ad dicendum veritatem impellitur.*
60 *Reus ante torturæ actum monendus est ad dicendum veritatem, adiecta comminatione de eum torquendo, si pertinax fuerit.*
61 *Confessio rei sponte facta dicitur, etiam quod facta sit præuia comminatione de eum torquendo, sibi facta ante torturæ actum.*
62 *Accusator requiri non debet ad actum torturæ rei criminis.*
63 *Aduocatus, & Procurator præsentes esse non debent torturæ sui clientuli.*
64 *Aduocatus, & Procurator accusatoris torturæ rei criminis interesse non debent.*
65 *Aduocatus, & Procurator fisci interesse possunt, & solent torturæ rei criminis.*
66 *Decretum de torquendo præcedere debet actum ipsius torturæ.*
67 *Clausula cum veritas aliter haberi non possit, quare apponatur, & apponi soleat in decreto torturæ.*
68 *Decretum torturæ quomodo, & quando interponi soleat, ne detur materia appellandi.*
69 *Appellatio rei non recipitur postquam reus tormentis applicatur.*
70 *Appellatio recipi debet à decreto de torquendo prout de iure interposito.*
71 *Iudex interposita appellatione à decreto de torquendo interposito prout de iure, supersedere debet etiam ante præsentatam sibi inhibitionem.*
72 *Iudex supersedere debet ab executione torturæ interposita appellatione de stylo Curiarum Parlamenti.*
73 *Iudices an & quando supersedere debeant ab executione torturæ in Regno Neapolitano.*
74 *Barones in Regno Neapolitano quid seruent, & seruare debeant in appellatione à decreto torturæ, ne teneantur in syndicatu.*
75 *Appellationi à decreto de torquendo interpositæ an deferat magna Curia, & audientiæ Regiæ in Regno.*
76 *Appellationi à decreto torturæ non defertur in Dominio Mediolani, vbi appellatio prohibetur tam à diffinitiua, quam ab interlocutoria.*
77 *Appellationi à decreto torturæ an in Statu Ecclesiastico deferendum sit. Appellatio in criminalibus si causa capitalis est recipitur cõstituto reo in carceribus,*

ceribus, ex Motu proprio Pij Quarti. ibid.

78 *Tortura non infertur reo criminis, si aliquid comederit, aut biberit eo die.*

79 *Iudex ante torturam inferendam monere debet custodem carceris, vt saltem decem horas ante torturam curet, ne reus aliquid comedat, aut bibat.*

80 *Reus ad locum torturæ adductus dum spoliatur, vel iam spoliatus, & funi applicatus moneri debet ante eleuationem de dicenda veritate, aliàs eleuabitur, & torquebitur.*

81 *Reus in ipso actu torturæ interrogari potest tàm de delicto ipso, quàm de indicijs ad illud.*

82 *Scribi debent per notarium omnes rei responsiones, omniaque eius verba, quæ dicit in tortura.*

83 *Reus imputatus de combustione scripturarum illas cõbussisse confitens potest torqueri, qua de causa combussit.*

84 *Reus, si crimen, de quo est imputatus, in tortura fatetur, potest de alijs delictis interrogari, de quibus non sunt indicia.*

85 *Reus in tortura interrogari potest de socijs, & complicibus, & quando. & nume. sequen.*

86 *Crimina excepta quæ sint remissiuè.*

Reus an in Dominio Mediolani interrogari possit de socijs, & in quibus criminibus. ibid.

87 *Et quid in ciuitate Mantuæ.*

88 *Statutum Mantuæ, quod socius criminis interrogari possit de socijs criminis, quomodo intelligatur.*

89 *Reus an interrogari debeat de socijs ex consuetudine ità demum, si aliàs sit persona vilis, & malæ famæ.*

90 *Reus interrogari potest de socijs regulariter in criminibus illis, quæ regulariter sine socijs committi non solent.*

91 *Reus an de socijs ita demũ interrogari possit, si aliàs cõtra illos adsint indicia.*

92 *Reus an, & quando super mandante interrogetur.*

93 *Mandatarius si in tormentis confessus fuerit delictum quoad se, potest absquè alijs indicijs iterum torqueri, vt manifestent mandantem.*

94 *Suggestio à Iudice Reum in tortura interrogante, tàm de se, quàm de socijs euitanda est.*

95 *Processus est nullus, qui fit per Iudicem suggerendo contra aliquem, non præcedentibus aliquibus indicijs.*

Reus pro vno crimine detentus interrogari non debet de alijs, de quibus nulla extant indicia. ibid.

96 *Tortura confesso, & conuicto super socijs, & alijs criminibus adhibenda est, præmissa protestatione à iudice, quod hoc facit sine præiudicio confessorum, probatorum.*

97 *Iudex fatuus est, qui aliquem torquet, qui esset conuictus.*

Tortura purgat etiam plenas probationes, ex quibus sic commendatio sequi non potest, saltem in pœnam ordinariam. ibid.

98 *Tortura plena dicitur, quando Reus in funem elatus quassatur.*

99 *Reus in tortura quot quassis cordæ affici possit.*

Et quid

100 *Et quid seruatur circa hoc in Dominio Mediolani.*

101 *Tortura cum quassis est in quarto gradu torturæ.*

102 *Torqueri quis non debet quarto gradu torturæ, & ita cum quassis, nisi inditia sint urgentia, & bene probata, & crimen esset graue.*

103 *Indicium vnum sufficiens ad torturam, & legitimè probatum satis est, ut quis quarto gradu torturæ torqueatur.*

104 *Testis unus de uisu omni exceptione maior satis est ad torquendum quarto gradu torturæ.*

Testes duo requiruntur ad minus circa indicia, & circumstãtias ad delictum, ut quarto gradu torturæ quis torqueri possit. ibid.

105 *Tortura ut sit grauior, quando tortus paruipendit torturam, subijci possunt pondera, & compedes ferrei ad pedes ipsius.*

106 *Tortura quando dicatur grauior pœna, quàm utriusque manus abscissio.*

Tortura appositis ponderibus ad pedes fune torti perrarò fit, & haud facile ad id deueniri debet. ibid.

107 *Tortura in quibus casibus inferri possit appositis ponderibus ad pedes suspẽsi (in fune.*

108 *Priuilegium nullum prodest in crimine hæresis, læsæ maiestati, assassinij, homicidii sacræ personæ, vel Cardinalis, seu magni Principis, & simil.*

109 *Tortura ut sit grauior, adhiberi põt aqua frigida in dorso pendentis in fune, sed tamẽ in casibus enormibus, & non passim, & indistinctè in quolibet casu.*

110 *Iudices reprehenduntur, qui passim in omnibus casibus, quando fune torquent reum, pondera apponunt ad pedes torti, uel adhibent aquam frigidam in dorso pendentis in tortura.*

111 *Tortura ut sit grauior, aliqui sinunt per duas, aut tres horas reum quiescere in chorda, & in tortura nudum refrigerari, & postea iterum torquent, sed in grauibus tamen casibus.*

112 *Tortura vt sit grauior, inferenda est adhibita aqua frigida in dorso pendentis in fune, & sinendo nudum quiescere in chorda per aliquod spatium, sed tunc eum indicia sunt adeo clara, & prægnantia, ut nihil deesset, nisi sola rei confessio.*

113 *Reus quãto tempore in tortura detineri debeat.*

114 *Iudex torquendo reum retinere debet Horologium arenulæ, vt sciatur, quanto tempore reus in tortura detinetur.*

115 *Clepsydra quid sit.*

116 *Reus iuxta qualitatem delicti, et personæ conditionem in tortura detentus deponi debet, & reponi ad locum suum.*

117 *Iudex deponendo Reum à tortura debet id facere animo repetendi, quatenus repetitioni sit locus.*

118 *Practica deponendi reum à tortura cũ clausula animo, &c. vnde sumpta sit.*

119 *Tortura semel illata an iterum, & quando repeti posit.*

120 *Arbitrium Iudicis in repetendo torturam regulari debet secundum qualitatem indiciorum.*

121 *Tortura repeti potest, si indicia sunt multum urgentia, & manifesta ex consuetudine, non de iure.*

122 *Indicia quando dicantur per torturam purgata.*

123 *Tortura repeti non potest, si reus negans fuerit sufficienter tortus, nisi noua superueniant indicia, quæ fortiora sint primis.*
124 *Sed contrarium de consuetudine seruatur.*
125 *Reus criminis sufficienter tortus, si non sunt noua indicia debet multis interrogationibus impelli ad dicendum veritatem, & sæpius, si vacillauerit, torqueri potest.*
126 *Tortura prima leuis esse debet, ut reo in negatiua persistente repeti possit.*
127 *Tortus leuiter repeti potest in tormentis, secus si sufficienter tortus fuerit.*
128 *Iudex prætextu arbitrij, quòd habet de repetendo torturam immoderatè, sæuire non debet, sed potius in dubio ad torturam non procedat.*
129 *Innocentes quandoque qui in tortura crimen confessi fuerunt, reperti sunt post sumptum de eis supplicium.*
130 *Tortura repeti non debet, quamuis aliàs repeti posset, si reus in corporis fortitudine non durauerit.*
131 *Torturæ repetitio non debet excedere tres uices tribus diebus separatim.*
132 *Tortura immoderata dicitur, quæ excedit tres vices.*
Confessio rei, qui ultra tres uices tortus fuit ui tormentorum facta dicitur. ibi.
133 *Indicia per torturam purgata dicuntur, quando quis sufficienter tortus persistit in eius negatione.*
134 *Reus, qui per torturam purgauit indicia, sub cautione fideiussoria secundùm aliquos relaxandus est.*
135 *Reus sufficienter tortus, & qui ita purgauit indicia absolui debet secundùm aliquos diffinitiue ex hactenus deductis.*
136 *Reus absolutus ex hactenus deductis iterũ inquiri põt nouis superueniẽtibus (indicijs.*
137 *Actore nõ probante reus absoluitur.*
138 *Reus, si in tortura fateatur, non debet ante ratificationem reponi in eodem loco, in quo alij adessent carcerati, ne subornetur ad non ratificandum.*
139 *Reus confessus in tortura duci debet ad bancum iuris ad ratificandum.*
Confessio facta in tortura debet esse ratificata, aliàs curiæ non prodest. ibid.
140 *Confessionis ratificatio quo ordine fieri debet.*
141 *Reus confessus in tortura non debet duci statim ad ratificandũ sed die sequẽti.*
142 *Iudicis arbitrio relinquitur quanto tempore reus confessus in tortura debeat quiescere ante ratificationem.*
143 *Mediolanenses optimè seruant practicam ratificationis rei cõfessi in tortura.*
144 *Reus apud inquisitores eius cõfessionem in tortura factam ratificat tertia die post torturam.*
145 *Ratificatio confessionis per torturã extortæ fieri dẽt extra locũ tormentorũ.*
146 *Ratificatio confessionis per torturam extortæ fieri potest in carcere, dũmodo fiat in loco, vbi tormenta, seu instrumenta ad torquendum videri nõ possunt*
Metus tormentorum durare dicitur, quãdo reus tortus ratificaret in loco, vbi tormenta videret. ibidem.
147 *Reus examinari potest in loco tormentorum, si loco in consuetudo adesset ita examinandi.*
Ratificatio confessionis per torturam extortæ an in loco tormentorum fieri possit, vt valeat. ibidem.

148 Testes

148 *Testes non sunt necessariò adhibendi in ratificatione confessionis per torturā extortæ.*

149 *Ratificationis confessionis per torturam extortæ modus, & forma.*

150 *Iudici in iudicialibus non creditur nisi per Notarium scribatur in actis.*

151 *Reus in ratificatione confessionis per torturam extortæ moneri debet de importātia ratificationis, quā facere debet si uerum confessus fuit, aliàs secus.*

152 *Interrogationis per Iudicem facienda in ratificatione confessionis per torturam extortæ modus, & forma.*

153 *Ratificatio confessionis per torturam extortæ an necessaria sit præcedente cōfessione extra iudiciali.*

154 *Ratificatio confessionis per torturam extortæ an sit necessaria, quando tortura fuit leuis, & modica, & tortus erat robustus.*

155 *Reo ratificanti suam confessionem per torturam extortam debet assignari terminus ad faciendum suas defensiones.*

156 *Confessio per torturam extorta multis modis impugnari potest.*

157 *Tortura, an, & quando, & quoties repeti possit reo non ratificante suam confessionem per torturam extortam. & n. 159. 160. 161. & seq.*

158 *Iudicū dānatur sæuitia, qui tā diù reū detinent in tortura donec perseueret.*

163 *Iudiciorum qualitas inspicienda est ad repetendam torturam, reo suam confessionem per torturam extortam non ratificante.*

164 *Reo ratificanti suam confessionem per torturam extortam datur terminus ad faciendū suas defensiones, alias sufficienter tortus, & in confessione nō perseuerans vel relaxatur fideiussoribus, uel ex hactenus deductis absoluitur.*

165 *Torturæ repetitio an fieri possit reo nō audito in suis defensionibus, quas post primā torturā, & ante repetitionē facere uelit, & proposita parte affirmatiua, et negatiua plures proponūtur casus, ut n. 177. 181. 193. 197. 198. 200.*

166 *Defensionem Iudex tollere nō pōt etiam ex statuto, quod intellige, vt n. 175.*

167 *Defensionem Iudex tollere non potest, quamuis liberum habeat arbitrium.*

168 *Defensio reo petenti negari non potest.*

169 *Copia processus omnino dari debet ante torturam, si petatur.*

170 *Defensiones, & reorum probationes quocunque sempore ante sententiam fieri possunt. & nu. 176.*

171 *Torturæ repetitio ex prioribus indicijs per primam torturam non purgatis non dicitur noua tortura, sed continuatio primæ.*

172 *Defensio tolli pōt per Iudicem in repetitione seu continuatione torturæ.*

173 *Appellatio continet defensionem.*

174 *Appellatio est oppressorum releuamen.*

175 *Defensionis substantia reo tolli non potest, sed bene tolli pōt defensio quoad formam, & solemnitatem iuris positiui.*

177 *Processus informatiuus quomodo legitimetur remissiuè.*

178 *Renuntiare quis dicitur defensioni per lapsum termini & renunciatio ualet hoc casu, licet aliàs non ualeat.*

179 *Renuntiato iure non datur ad illud amplius regressus.*

180 *Reus renuntians defensionibus in casu permisso, an solum torqueri, sed etiam condemnari possit, si esset aliàs uel conuictus, uel confessus.*

182 *Terminus si fuit reo assignatus ad faciendum suas defensiones, alius terminus post captam torturam dandus non est.*

183 *Terminus si alicui ẽ præfixus, sẽper is auditur post terminũ ante declarationẽ*

184 *Terminus ad faciendum defensiones dandus est reo ante torturam, & indicijs non purgatis ciuiliter ad torturam proceditur.*

185 *Copia processus põt à Iudice denegari, quando per calumniam animo differendi peteretur, ut si allegatur talis defensio, quæ probata nihil releuaret.*

186 *Copia processus denegari põt reo non alleganti, quã habeat defensionẽ, quod de iure procedit, secus autem de consuetudine & nu. seq.*

188 *Copia processus reo quando cum causæ cognitione dari debeat.*

189 *Torturæ repetitio supersedenda est superueniente notitia innocentiæ rei per euidentiam facti.*

190 *Sententiæ executio superfedenda est, si notitia innocentiæ rei superueniat.*

191 *Concedi facile debet, quod nemini nocet, & mihi prodest.*

192 *Torturæ repetitio est asperior, ut uix fit, quod reus non confiteatur, si post primam torturam per aliquot dies superfedeatur.*

194 *Tortura reo inferri põt non decreta etiam copia, quæ petita non fuit, nec dato termino defensionis non petito.*

195 *Copia processus si petatur, omnino reo dari dẽt, & à tortura superfedẽdũ est.*

196 *Reus sibi imputare debet, si copiam processus non petijt.*

198 *Copia indiciorum, quæ post primam torturam superuenerunt, dari debet, si petatur ante torturæ repetitionem.*

199 *Torturæ repetitio, quæ dicatur propriè.*

200 *Præeminẽtia magnæ Curiæ Vicariæ de torquendo ex processu informatiuo.*

201 *Tortura repetenda non est, quando est illata ex processu informatiuo. & nu 206. & seq.*

202 *Præeminentia magnæ curiæ de torquendo ex processu informatiuo intelligenda est de prima uice.*

203 *Præheminentia magnæ Curiæ Vicariæ de torquendo ex processu informatiuo odium continet, ut quis inauditus torqueatur.*

204 *Actus ad primam uicem restringitur, quando agitur de graui præiudicio, ut quis inauditus torqueatur.*

205 *Actus quando est contra ius, ut quis torqueatur inauditus, debet intelligi, ut minus, quàm fieri possit, lædat ius commmune, & ius alterius.*

207 *Tortura repetitio fieri debet post publicatas attestationes, non etiam ante publicationem processus.*

208 *Torquẽdi si sint plures, à quo incipi debeat, ut facilius ueritas extorqueatur.*

209 *Torqueri in primis debet ex pluribus torquendis regulariter, qui magis est suspectus.*

210 *Torqueri in primis debet fœmina, si masculus, & fœmina torquendi essent.*

211 *Torquendi sunt omnes, sed in primis magis suspectus, quando tot sunt uulnera occiso illata, quot sunt qui interuenerunt.*

212 *Suspectus quis dicatur, ut ab ipso tortura incipienda sit, si plures torquendi essent, qui solitus est delinquere, & est malæ uitæ, conditionis, & famæ.*

213 *Item qui malum, & turpe nomen habet.*

214 Item

214 *Item qui primus cadauer occisi reperijt.*
215 *Torqueri primo filius debet in conspectu patris, si ambo torquendi sunt.*
216 *Serui prius, quàm liberi torquendi sunt, si omnes torquendi sunt.*
217 *Intellectus l. si prius. ff. ad Syllan.*
218 *Rei ui maleficiorum sæuitiam non sentiunt tormentorum.*
219 *Maleficia ad taciturnitatem in reis torquendis in quo consistat.*
220 *Remedia quæ sint aduersus maleficium taciturnitatis in reo. & n. 222.*
221 *Maleficium vnum per aliud maleficium dissoluere non licet.*

De arte Interrogandorum Reorum in Tortura. Cap. I.

HACTENVS de Arte Interrogandorum Reorum de plano. Nunc de ipsis interrogandis in tortura, per quam veritas de
1 licti etiam inquiritur. Vnde † Tortura quæstio dicitur, quia veritatis est Inquisitio per tormenta, & corporis dolorem. l. 1. §. quæstioni. ff. ad Syllan. & tradit Azzo in Sum. C. de quæstio. & Anto. de Canar. in tract. de quæstio. in 1. memb. nu. 5. Brun. de Indic. & tortur. 2. p. q. 1. nu. 2. & q. 6. num. 1. Vmbert. Locat. in opere Inquisitor. in verb. tortura. in prin. alios plures ad id allegat Anto. Gomez. ca. 13. delict. post num. 2. latè Carrer. in pract. crim. fol. 79. num. 2. & aliis sequen. Franç. Marc. decis. 976. num. 1. Port. Imolen. cons. 96. nu. 42. & alii alibi in eo-
2 rum tractatibus de quæstio. & tortu. Et sunt † hæc Synonima, Tortura, seu tormentum, & quæstio, vt exponit glo. in c. 1. de deposito. vers. quæstionibus, & tormentis, & probatur in l. 1. in princ. ff. de quæst. in verb. quæstioni, & in verb. ad tormenta, & per multas leges d. titu. & tradit etiam idem Anto. de Canar. in d. loco num. 1.
3 Et † plura sunt tormentorum genera, quorũ multa recenset Marsil. in l. 1. in princ. num. 27. ff. de quæstio. & Carrer. post alios, quos refert in pract. crim. fol. 79. num. 10. & aliis seq. Brun. de Indic. & tortur. q. 2. par. 2. num. 6. Iul. Clar. lib. 5. senten. §. fin. q. 64. uersicu. nunc de gradibus. Locat. in oper. Inquisito. in verb. tortura. Iodoc. in pract. crim. fol. 109. num. 18. dicens, quod ex inolita consuetudine variis instrumentis, diuersaque materia exercetur tortura per Iudices maleficiorum.
4 Sed † modus fune torquendi manibus post terga ligatis est de iure licitus, vt colligi videtur ex Tex. in l. nullus. C. ad l. Iul. maiesta. & est à consuetudine approbatus, vt dicit Brunus de Indic. d. par. 2. q. 2. num. 6. & usu est cæteris frequentior, vt dicit Carrer. d. fol. 79. num. 10. & Foll. in pract. crim. in verb. Rei indurati torqueãtur. num. 8. & non solum uno in loco, sed etiam ubique frequens est, vt dicit Franc. Pegn.
5 Schol. 118. colum. 3. circa fin. ad 3. par. Director. Inquisito. Et † apud Mediolanenses solummodo in usu est modus iste fune torquendi, licet Rei, qui propter debilitatem, uel aliam causam fune torqueri non possunt, igne ad plantas pedum apposito quandoque torqueri soleant, teste Iul. Clar. dicta quæstion. 64. versic. item debet, qui subdit, quòd extra hos duos modos non uidit aliquem in dicta

Prouincia

Prouincia torqueri. Prout ẽt in ſtatu Eccleſiaſtico hi duo modi magis in uſu ſunt, ut & tormentum taxillorũ, & vigiliæ per ſomni ſubtractionem, quem modum inueniſſe aſſerit Marſ. in d. l. 1. ff. de q6. in princ. & laudat Ghirlan. de qõ. q. 2. quem refert Pegn. d. Schol. 118. col. 3. in fin. ad 3. p. Directo. Inquiſito. Sed modus torquendi fune uſu eſt (vt diximus)

6 frequentior, & ab eo † non receditur, niſi quando Rei ob aliquã cauſam eo tormenti genere torqueri non poſſunt. pro ut abhoc tormẽti genere, quod vbiq; frequens eſt, non eſſe recedendum, d. etiã Franc. Pegn. Schol. 118. col. 3. cir ca fi. vbi ſubdit, quod ipſe ingenuè ſentit, qđ

7 † tractatio hæc de nouis tormentis excogitandis carnificum eſt po-

8 tius, & crudelium, quàm iureconſultorum. Tametſi, † quoniam qualia tormentorum genera vſurpari debeant, non eſt iure cautum, ideoque arbitraria ſunt, posſit Iudex id tormẽti genus imponere, quod ſibi ad veritatem eruendam commodius videtur iuxta qualitatem perſona-

9 rum, & indiciorum. id † tamen cauere debet diligenter, ne inſolita tormentorum genera adhibeat, ſed ea tantum, quæ vſu iudicantium prudenter recepta ſunt, vt pulchrè, & verè more ſuo explicat An. Gome.

10 tom. 3. Variar. reſolut. c. 13. n. 5. qui propterea eos † ibi grauiter reprehendit ſanguinarios Iudices, qui ut uanam neſcio quam gloriam aucupentur, noua genera tormentorum contra ius, & fas miſellis Reis imponunt, ita ut præſeuitia aut deficiunt in tortura rei, aut membra rumpãtur, ita ut in perpetuum reddãtur inutiles, & ita etiam grauiter hos reprehendit Pegn. d. Schol. 18. col. 4. in princ. qui propterea admonet ibi, vt vſitatus modus, nec periculoſus in tormentis retineatur, & hortatur ẽt Chriſtianos Iudices, ut habeant illa Iureconſulti verba ante oculos in l. quæſtionis modum. ff. de qõ. videlicet. Itaq; quæſtionẽ ha-

11 beri oportet, vt ſeruus ſaluus ſit innocentiæ, vel ſupplicio. Prout habeant ante oculos verba Bruni, qui ex Ang. quẽ alleg. de indic. & tort.

12 q. 2. p. 2. nu. 7. dicit not. contra Iudices, † qui propter delectationẽ inueniunt nouam ſpeciem tormentorum. hi n. appellãtur Iudices irati, & peruerſi, & ratione peruerſitatis Dominus confundit eos, quia ſunt perpetuo ignorantes. ſapientes. n. talia abhorrent, & uirtutum illuminatione ſcientiæ formam propagant, reliqui verò actibus impiis ſe exaltare dicentes confundunt eorum famam apud bonos, & graues uiros inceſſanter inquinantes. Hæc ille.

13 Qui † quidem modus inquirendi ueritatem per tormenta, & corporis dolorẽ uerus, & antiquus eſt, neq; tantum apud Ethnicos uſitatus, ſed ẽt apud catholicos oẽs uiget hodie, ſemperq; moribus receptæ sũt in Chriſtiana Repub. iuſtiſſimæ leges, quæ torquere hominem iubent à uiris ſapientiſſimis, & uſu rerum publicarum prudentisſimis, nõ ab inſipientibus, aut barbaris conditæ, ut quicquid aliqui contra omniũ ferè gentium leges, & mores contra tormentorum uſum licentioſè tẽtauerint latisſimè demonſtrat Simanc. qui eos refellit Catholi. Inſtit. tit. 65. n. 2. & aliis pluribus ſeq. & Couar. c. 23. pract. quæſtio. nu. 5. qui dicit, quòd quicquid aliqui tentauerint, tormentorum uſus improban

dus

dus non est tanquam à Christiana pietate alienus, modo iudices cautè legitimis indicijs præcedentibus optimo zelo ueritatis inquirẽdæ vtantur,&(quod ego illi addo ex prædictis)insolita tormentorum genera non adhibeant,sed ea tantum,quę usu iudicantium prudenter recepta sunt.& mundus in pace tueri non posset sine timore torturæ, vt dicit Paris de Put.de syndic.in uerb.tortura,111.c.4.n.5.in fi.qui propterea subdit,tormenta non censeri inhumana,& crudelia.

14 Et † subsidiarius est quidem iste tormentorum usus.quando.s. aliæ probationes haberi non possunt:vt concludunt oẽs Docto. vt d.Pract. Corrad. fol. 289.post nu.6.& ita consuetudo ẽt obseruat, vt attestatur Ang.in l.fi,post.n. 4.C.de quæstio.Bero.decis.163.num.1.& ex eis Iul. Clar.lib.5.sent.§.fin.q.64.uersi.debet ẽt.& Fran.Pegn.Schol.118.colu. 1.ad 3.par.Direct.Inqui.vnde ibi reprehendit sanguinariorum quorũdam iudicum consuetudinem,qui facile non expectatis aliis probatio
15 nibus ad torturam protinus accedunt.Et † ideò si de delicto aliter cõstaret,reus torqueri non dẽt. Mars.qui dicit hanc esse cõem opinionẽ in l.1.in prin.nu.7.ff.de quæstio.& in pract.crim,§.nunc uidendum. n. 25.& consi.51.nu.52.Iodoc.pract.crim.cap.35.nu.35.Carrer.in prac. crim.fol.92.nu.29.pract.Corrad.fol.288.n.2.Couar.pract.quæstio. c.
16 23.col.3.Iul.Clar,d.vers.debet etiam. Et † Iudices aliter obseruantes tenentur in syndicatu,secundũ Couar.& Iul.Clar.ibi.& peccant mortaliter,vt post Marant.dicit Ioseph.Cumi.in tract. de syndic.c. 21.de tortura.n.3.& post Io.Andr. et Isern,dicit Vmber.Locat. in oper. Inquisitor.in uerb.tortura,n.3.in fin.

17 Licet † non in omnibus delictis ita per tormenta,& corporis dolorem ueritas inquirenda sit,sed in ijs tantum,pro quibus pœna corporalis ingeritur.Nã ubi nõ ingeritur nisi pœna pecuniaria,uel alia corporis non afflictiua, ad subsidiarium hoc torturæ remediũ proceden-
18 dum non est.Cum†enim tortura sit grauis afflictio, quæ oẽm pœnam
19 pecuniariã excedit l.in seruorũ.§.1.ff. de pœn. quinimò † grauior est quã sit utriusq; manus abscisio.§.fi.in auth.vt nulli iud. Capic. decis. 126.n.6,& alij alibi.certè modus probandi crimẽ plus acerbitatis, &
20 vindictæ haberet,quàm pœna principalis probato delicto,quod † ferẽ
21 dum non uidetur secundum iura,quæ noluerunt † hominem liberum torqueri in causa ciuili,vbi de commodo pecuniario tantum agitur.
22 l.diuus.& l.ex libero.ff. de quæstio. Et † similiter noluerunt torturæ locum esse,quando de crimine ciuiliter ageretur,vt habetur in l.maritus.ff.de quæstio.Bal.consi.6.in fi.lib.5.Qua ratione locum non esse tor
23 turæ,†quando pœna tantum pecuniaria pro crimine imponitur,tradit Mars.in pract.crim.§.expedita.n.57.& sequen.& in l.diuus pius.in princ.& in d.l.maritus.post.n.4.de quæstio.Mandel.consi.56.nu.36.& seq.Crau.consi.41.ad fi.& consi.137.n.12. ubi alijs etiam id comprobat rationibus.lib.1.& idem Craue.consi.806.num.6.consil. 760. nu. 4.consi.857.num.21.lib.5.Capic.decis.126.num.5. Gram.consi.crim. 15.nu.4.consi.35.nu.54.consi.37.nu.19.& vot.15.nu.12.Franc. Becci. consi.62.

cons.62.n.26.& alijs seq.& cons.85.nu.12.Iul.Clar.lib.5.sent.§.fin.d.q. 64.versi.præterea debet, Anto.Gomez.qui alios antiquiores allegat,& dicit quod cōiter ita not.Doct.d.c.13.delicto.de tortura nu.2.& Paul. Granut.Theorema 3.nu.8.& Dona.à Fina.in Enchirid.reg.relatus.lib. 9.Syntagmat.com.opin.tit.28.de quæstio.n. 20.ubi limitat remissiuè. & Soarrez.recept.senten.in verb.quæstionibus, relatus similiter in d. tit.28.de quæstio.nu. 107.etsi Fran.Marc.decis.902.nu.3.& 4. & decis. 904.nu.15.dicit,quod etiam quando pœna est pecuniaria potest habere locū tortura, quando visum fuit Iudici,ēt post datā fideiussionē.allegat ad hoc Bal.in l.2.C.de exhib.reis.n.3.et ibi ēt habetur per Bald. & Franc.Marc.post eum in d.decis. 902.n.5.quid quando pœna est ar-
24 bitraria.Et† in Regno Neap.statutum est per constitutiones illius Regni,ne sit locus torturæ pro crimine,pro quo pœna non sit vltra relegationē,ut d.Paris de Put.in trac.Syndic.in verb.Tortus.c.5.n. 2.quē
25 refert Franc.Becci.d.cons.62.n.28.in fin.Quāuis magna† Curia,& Regiæ Audientiæ tormenta inferant indifferēter ēt in delictis, in quibus pœna tēporalis remigationis īponēda est,vt testatur Granut.d. Theorema.3.n.9.ubi ostendit,hanc horū tribunaliū obseruantiā de iure cōi
26 sustineri posse,ut ibi per eum, qui ēt dicit, quid† in crimine blasphe-
27 miæ,vt vbi pœna arbitraria est,obseruādum sit.Et† ita ēt disponit statutū Mediolani,quod solum in delictis, pro quibus pœna corporalis
28 ingeritur,possit quis torqueri, teste Ias.cōsi.188.in 2.dub.lib.2.Et† ita ēt obseruatur in Curia suprema Grationopolis,ut d.Crau.d.cons.41.
29 ad fi.& d.cons.137.nu.14.Vt† ēt obseruatur in Curia Casalensi. ut testis est Franc.Becci.d. consi.62. in fi.verb. Vbi† verò pœna corpora-
30 lis imponitur,solet indistinctè ad torturā procedi, scđm oēs suprà al-
31 leg. in d.locis.licet aliqui tenuerint per tex.in l.edictū.ff.de qō.qđ† nō nisi in grauioribus delictis torturæ locus sit,ut per Gand.de malef.ti. de qō.nu.12.Iul.Clar.d.vers.præterea debet. Becci.d.cons.62.n.26.Sed
32 † cōiter seruatur,quod ēt super leuibus fiunt torturæ,ut attestatur Alber.in d.l.edictū.nu.4.ff.de qō.quē refert Iul.Clar.in d.loco, & Becci.
33 in d.cons.62.n.25.qui tamen dicit ibi n.32.quòd † ei credi nō dēt ita
34 de consuetudine attestanti,nisi de consuetudine suæ patriæ.Et† de cōi obseruantia in multis locis Italiæ,quod tortura adhiberi solet uel arbitrio Iudicis,uel in causis furtiuis,testatur Ioseph.Ludoui.in suis cōmun.conclus.tit.dè consuetud.conclus.1.in illatione 106.qui ēt dicit,
35 quod † ipse torqueri fecit quendam de occisione duorum bobum imputatum,qui delictum confessus fuit.quod nec admittēdū, nec practicandum censeo,quia serēdum nō est, (ut supra diximus) quod modus probandi crimen plus acerbitatis habeat, quàm pœna principalis
36 probato delicta. Et † in hac patria mea Vrbisueteris extat statutum lib. 3. rub. 9. in quibus casibus quis possit poni ad torturam etiam in crimine fracturæ ossis, in debilitatione membri, & in vulneribus in
37 facie cum cicatrice, pro quibus † tamen imponitur pœna pecuniaria per d. statutum, ut eo. lib. 3. rub. 14. de offensionibus, & percussion.

38 cussion.factis cum armis & c.quis † pro cicatrice perpetuò remansura in facie pœna fit amputationis manus,si pœna pecuniaria infra te
39 pus à statuto præfixum soluta non fuerit,vt in d.rub.6. Adeò quòd † in cæteris casibus,in quibus pœna pecuniaria ingeritur per d.statutum non erit ex eodem statuto locus torturæ, quia statutum determinãs, in quibus casibus possit quis torqueri,in cæteris prohibere dicitur,
40 cũ † statutũ includens aliquos casus alios excludere censeatur. Grat.
41 consi.82.n.13.& 25.vol.1.qui alibi scribit,quod † statutum non habet locum nisi in casibus ab eo expressis,vt in cons.41.n.27.& cons.160.n.
42 44.vol.2.quod & voluit Rimin.iun.consi.351.n.108.vol.4.Et † de iure cõi in causa vsurarum,quia crimen habet annexum,torturæ est locus. Soci.consi.219.post.n.4.lib.4.Alciat.in c.1.nu.52.de offic.ordin.Natt. consi.369.in fin.Boss.in tract.causar.crim.tit.de indic.ad tortur.num. 98.Becci.d.consi.62.n.24.Quòd Foller.in pract.crim.cano.c.20.n.16.
43 limitat † procedere,quando tractatur de usurario manifesto,& ad pœnas Lateranensis Cõcilii,& de pœna c.præterea; quia magnæ sunt pœnæ,secus si de simplici usurario,vel de vsurario manifesto ad pœnam c.quamquam.de vsur.in 6.ageretur,vt ibi per eum, quem sequitur Ber
44 tazol,consi.crim.251.nu.45.lib.2. Et † Mercatores falliti, & fugitiui torqueri possunt,vt pecunias eis datas ad mercandum,quas habere se denegant,indicent.Mars in d.l.diuus.n.5.in fi.& in d.§.expedita.n.61. vbi ait singulariter not.quia sæpissimè euenit in facto.Ghirlan. de qõ.
45 & tort.q.7.nu.4.& Becci.d.consi.62.n.25.& alij alibi. Licet † leuis tortura primum,& secundum gradum non excedens in leuibus esse debeat,ut per Ghirlan.& Becci in d.locis n.31.
46 Et † Senatus Mediolanensis iussit in eculeo eleuari quendam minorem annis quatuordecim imputatum de percussione facta cum lapidibus,ex qua tamen mors cuta non fuerit:vt refert Iul. Clar. d.q.64. vers.quæro nunquid. in fin.
47 Vt † nec ab oĩbus indistinctè p torturã veritas inquiréda est. licet.n. generalis sit cõclusio,quod oĩs ille torqueri põt,qui prohibitus nõ reperitur secũdũ cõem opin.de qua testatur Anto.Gomez.d.c.18.delict.
48 n,3.& ex eo Iul.Clar.d.q.64.uers.vbi subdit.Sunt † tamen multi,qui de iure torqueri non debẽt,de quibus ex cõi per Iul.Clar.post alios,quos alleg.d.q.64.vers.quæro,an Doc.cũ pluribus aliis uersi.seq. & habetur lib.9.Syntamat.cõm.opin.d.art.de qõ.in pluribus locis,& per oẽs cri-
49 minalistas in eorũ pract.& tract.& alios alibi.Circa quos tamen † loci,& prouinciæ consuetudo,in qua processus agitatur,seruanda est,secundũ Iul.Clar.d.q.64.vers. vlterius quæro. vbi in specie loquitur de nobilibus.uariè.n.ĩ diuersis locis obseruatur , vt patet ex traditis per Iul.Clar.in d.loco.licet quo ad Doctores.quod consuetudo de eis torquendis non ualeat,tradit post Rom.& alios,quos alleg.Tiber.Decia. cons.93,nu.135.lib.2.qui tamen excipit nonnullos casus,quos ẽt excipit Ceph.cons. 164. num.8. lib.2. & excellentissimus præceptor meus D. Marcus Anto. Eugenius consil.63.num. 83. & seq. qui alios allegat

lib...extra quos non licet de iure Doctores torquere etiam si vt testes vaccillauerint,vt per Marſ.in l.ex libero.nu.4.ff.de qō.& Ceph.d.cōſi. 164.nu.8.lib.2.Et minores 14. annis non torquentur secundum receptam Doct.sententiam,de qua testatur Plac.lib.1.de delict.c.32. n.12. sed terrentur tantum,& aut habena,aut ferula,seu virgis caduntur,& cædi solent,vt dicit tex.in l.1.§.impubes.ff.ad Syllan.& dicūt alii, quos refert Iul.Clar.d.q.64.verſi.quæro nunquid.& ita etiam quotidie obseruari videmus,præterquam tamen in infante,qui etiam ferula cędi non potest.vt per Foller.in pract.crim.in verb.rei indurati torqueantur.in fi.vbi,quod de minore 14.annis diximus,limitat in crimine læsæ maiestatis,in quo minor iste etiam torqueatur,ut ibi per eum,post alios quos alleg.& quādo iste in casu permisso torqueret,uel alias minor 25.ann.non requiritur auctoritas curatoris, cuius disputatio admittitur,quando iudex vult pronunciare illum torquendū, & ita circa indiciorum discussionem auditur; sed postea in executione huius interlocutoriæ curatoris allegatio,disputatioque, & auctoritas non requiritur.ita Bal.qui ait,quod ita seruatur,in l.1.nu.61.C.de confeſ. Vt nec à muliere prægnante veritas per torturam inquirenda est. de hoc diffuse diximus in Methodo processus informat.lib.5.cap.2.

50 Et † in ijs,à quibus ita per torturam ueritas in quiri potest, à Iudidice præcauendum est,ne iniuste id faciat, & indebite, quia pœna dignus esset,vt late ex cōi per Iul.Clar.d.q.64. verſ. antequā. & diximus in Method.processus informat.lib.2.cap.8.n.2.& admonet Rolā. post Marſ.quem alleg.conſi.12.nu.34.& nu.6.ubi alios alleg.lib.3.ut & alij

51 admonent,quos statim allegabo.Et † ita animaduertere debet,an cōtra reum subsint indicia,sine quibus subsidiario hoc remedio ueritas inquirenda non est,vt habetur per omnes in l.1.in princ. ff. de qōn.& Alexan.conſil.67.vol.1.Marſ.ſing.117.& conſi.46.n.3.& in prac.crim. §.co nstante in prin.Grā.conſ.ciuil.59.n.3.& cōſ.cri.37.n.7. Rim. Iun. conſ.88. n.20.lib.1 Burſat.conſ.201.n.40.lib.2.Simon.de Pret. conſil. 191.n.5.qui alios allegant,& ne oēs enumerem,hoc est secundum omnium sn̄iam.ab ea.n. nemo discrepat.vt d.Bolognet.ad Guid. de Suzzar.de torment.n.29.& post eum Iul.Cla.d.q.64.verſi. dixit etiam.Iaſ. conſi.19.n.31.Rolan.à Valle d.conſ.12.n.31.lib 3.qui dicit, hanc esse

52 frequenti calculo receptam sententiam.Quæ † locum habet etiam in maioribus,& atrocissimis,imo ēt in crimine læsæ maiestatis secundū cōem opin.de qua post.Brun.& prac.Cori ad.quos refert,testatur Idē Iul.Clar.d.uerſi.dixi etiam & P. Fichard.in suis comm. opin. in verb. tortura.relatus d.lib.9.Syntagmat.cōm.opin.d.tit.28. de quæstio. nu. 4.Rolan.à Valle,qui plures congerit d.conſi.12.nu.33.lib.3.Crau.cōſ. 923.lib.5.Burſat.qui ēt plures recenset.d.conſi.201.post nume.41.lib. 2.Bonacoſſ.in sua collecta commu.op.n.crim.in verb.tortura. ēt relatus d.lib.9.syntagmat.comm.opin.d.tit.de qō.num.9. ubi etiam dicit

53 † id procedere,quāuis Iudex liberum haberet arbitrium,quod & tradit Iul. Clar.d.q.64.d.verſ.dixi etiam.& plures ad hoc etiam recenset

Rolan.

Rolan. à Valle.d.consi.12.n.23.& Bursat.d.consi.201.nu.42.lib.2.& sequitur Gram.consi.ciuil.59.n.33.& Marś.in l.1.n.3.ff.de qõ. & post eũ Bursat.d.consi.201.post d.n.42.admonet iudicem,ut caueat,ne unquã prætextu arbitrij non præcedẽtibus indiciis homines torqueat, quod nec faciendum est auctoritate Regia,& Principis, qui ita auctoritate sua ordinaria mandaret,cum id mandare non possit, nec auctoritate absoluta sine causa mandare deberet.vt late per Rolan.à Valle d.consi. 12.n.47.lib.3.Sim.de Præt.d.consi.56.nu.5.Bursat.d.consil. 201. sub d. n.42.lib.2.& ita Afflic.ttempore Serenissimi Regis Federici de Aragonia,dum sua Maiestas affectaret quendam nobilem torqueri auctoritate regia absq; legitimis indiciis,ĩterrogatus,an id facere potuisset, respõdit,quod non,ut refert Grã.cons.45.nu.35.qui ẽt ibi dicit, quòd ipse idẽ respondit Card.Colũnæ Locumtenen.Generali Cæsareæ Maiestatis in Regno Neapolis,dũ casus de facto sibi occurrisset, tpe officij sui iudicatus magnæ curiæ Vicariæ,& uerum dicit,vt in vot.31. & iterũ ipse Grã.vot.30.n.13.vbi loquitur in cã veneni,& in cons.3. in fi. in cã assasinij,& ita Consiliarij principis semper illi ueritatem dicere debent,& non quod ipsi Principi placet. vt post Afflic. quem refert, eos admonet Rolan.à Valle d.consi.12.n.52. lib. 3. qui etiam dicit ibi post eundem Afflic.quòd ideo Principes,& Reges habere debent iuxta eorum latus bonos iuristas,& conscientiatos.

54 Et quidẽ legitima esse debent indicia,legitime probata,† & ad tor
55 turã sufficientia,† vt d.Iul.Cla.d.q.64.vers.dici ẽt. admonens iudices
56 timentes Deum,quod semper id præoculis habeant,ne aliquem iniuste tormẽtis subiiciãt,ut & admonuerunt alii.quos refert Rolan.à Val
57 le cons.12.n 6.lib.3 q̃uis † apud Mediolanenses ꝑmittatur iudicibus, qđ in criminibus atrocibus ad torturã procedant,ẽt si indicia nõ sint in totũ sufficientia,neq; per testes oĩ exceptione maiores probata, & plerunq; ẽt non edita copia processus,vt d.idẽ Clar. in lib.5.sentẽ.§.1. vers.sunt ẽt.in fi. idem cõsulendo voluit Bursat.d.cons.201.n.43. & 50. lib. 2. & ibi declarat, quòd iõ indicia requiruntur legitime suscepta, quia nõ qualitercunq: habita pro informatione curiæ,habilia sunt ut quis torturæ subijciatur,sed requiritur, qđ citata parte accepta fuerint,vt plene ibi ꝑ eũ.& ꝑ Rolan,à Valle d.cõs.12,n.35.& seq.lib.3. qui multos ad hoc cõgerunt,uel requiruntur(vt hoc illis addã)quòd aliàs ante torturã testes pro informatione curiæ examinati cõfrontati fuerint cum ipso reo:nã & hoc mõ testium depõnes pro informatione curiæ parte non citata susceptæ legitimantur,& legitime susceptæ dicuntur,vt per Affli.in 2.p.const.regni rub.10 n.20.& Iul.Clar.lib.5.sent.§. fi.q.45.vers.sed in proposito. Vel quòd reus hos testes habeat pro ritè, & rectè receptis,& examinatis:quia perinde est hoc in casu, ac si parte citata examinati fuissent.vt supra diximus lib.3.c.3.n.56. & post n, 67. Declarat ẽt Bursat. d.cons.201.n. 50. qđ ẽt requiruntur indicia, quę sint sufficientia ad torturã:quia & si dici soleat ea esse arbitraria, iuxta l.3.ibi,tu magis scire potes.ff.de testi.Gand.de malefi.tit.de quæ

stio.lib.n 14. Bonifac.tit.quæ indicia deb.præcedere tort.nu.6. Brun. de indic & tort.3.q.1.p.in prin.& in hoc omnes concordant, & ita dicunt oẽs Doc.vt plures testantur,quos recenset Iul.Clar.q.64.vers.Dixi quoq; vt ẽt ita cõiter dicere Do.dicit Philib.Bonet.in trac.de prob. super l.neq; natales.C.de probat.4.p.fol.72.qui etiã dat certam regulam hñõi tamen arbitrarium non dẽt esse irregulatum, sed conuenire terminis iuris.Marf in l.qõnis.n.71.de qõ.& cons.8.n.25.consil. 34. n.1.cons.63.n.16. cons.65,n.15.Caso.in prac.crim.trac.de torment.c. 6.per totum.Nat.cons.361.n.14.Bonacoss.in qq.crim.in verb.tortura. Simon de Præt.cons.15.n.18.Burs.d.consi.201.n.50,lib.2. & dixit Bal. in l.cum citra.C.de iure dot quod indicium mouens aliqualiter aĩum iudicis est sufficiens,si approbatum sit à iure.quod dictum refert, & sequitur Simon de Præt.d.cons.15.nu.19.& Marcabrun.ab Anguil.cõs. 50.n.21.Iudex ergo diligenter perpendere debet indiciorum qualitatem,vt admonet Menoch.de arbit.iudic.cas.270.n.5.quæ in sua specie ad torturam debent esse luce clariora,secundum Bal.cõs.259.lib.1. & consi.229.vol.3.Nat.cons.42.n.1.lib.1.& con.392.n.6.lib.2.Rol.à Val. cons.7.n.34.lib.1.& cons.4.n.3.vol.3.Soc.iun.cõs.39.n.55.lib.2. & cõs. 6.n.8,lib.4. Marcabrũ. ab Anguil.d.cons.50.n.21.Mars.cõs.20.n.2.Becci. consi.85.n.1.Bursat.cons.336.n.16.lib.3.& debent esse certa probabilia,& uerisimilia,& à iure approbata.l.milites.§.oportet.C. de qõn. Becci.d.consi.85.n.1.Nat.d.cons.42.n.1.Menoch.d casu 270.n.6. Bursat.d.cons.336.nu.16.& non leuia,nec per functoria,nec quæ pluribus modis interpretari possint:non.n.eundum est per ambages in tãto discrimine.Bal.cons.402.lib.5.Nat.d.consil.42.n.1.& consi.298.n.13. Rolan à Valle consi.24.nu.24.lib.1.Bursat.d.consi.336.nu.16.& Becci. d. consil.85.nu.1.Marcabrun.d.consil.50.nu.21.& debent esse adeo verisimilia,vt sola torquendi cõfessio deesse uideatur.l.1.ff.de quæstio.Gãd. de malefic.tit.de quæstio & torm.Alex.consi.133.nu.12.lib.7. Natt. d. cõnsil.2.nu.1.Marcabrun.d consi.50.nu.21.comprobat Crau.consi.6. nu.12.consi.99.nu.1.lib.1.Io.de Amic.consil.127. num.27.Horat.Lut. consi.81.n.12.tom.2.consi.crim.Bursat.d.consi.336.nu.17.& Becci.d. consil.85.nu.2.debet enim Iudex esse quasi certus de delicto, antequã veniat ad torquendum.Bal.consi.77.circa princ.lib.3.Crau.d.consi.6. num.12.consil.9.nu.11.& consi.89.in princ.lib.1.Bursat.d.consi.336. nu.17.Becci.d.consi.85.nu.2.& dicit Bald.consil.78.lib.4.de istis verisimilibus debere constare per probationes,non per diuinationẽ,quod ex eo dicit Simon de Præt.consi.15.nu.18.qui refert etiam Bal. dicentem consil.515.nu 4,lib.5.quod à iuris tramite nõ recedendo,ad hoc, vt tortura imponatur, tria sint necessaria, quod indicia sunt certa,uerisimilia,& quod probabiliter concludant.& ex diuersis non surgit vnum indicium perfectum,vt ibi per eum,quem etiam refert, & sequitur Becci.d.consi.85.num.2.qui subdit ex eodem Bal. consil. 85.in fi.lib.3.quod iudex à tormentis abstinere debet,ubi aliqua ratio naturalis excusare potest.& Iudex torquens reum si talia non sunt indicia,

dicitur

dicitur facere contra leges, & potest appellari ab arbitrio & pronunciatione de torquendo. vt Simo. de Prat. d. cõs. 15. n. 18. per l. 2. ff. de ap pel. recip. vbi dicitur, hoc cõcedi, si Iudex faciat contra leges. fit aũt cõ tra leges, vt subdit Simon de Prat vbi supra, quando indicia talia non præcedũt, sicut supra ea descripsimus. quod, vt d. Rolan. à Valle d. cõs. 12. n. 52. in fi. lib. 3. non sine ratione introductũ esse videtur: quia si aliter diceretur, sequeretur, quod quis torqueri posset de delictis, de quibus nunq̃ cogitauit, quod iniquum esset, absonum, & iniustum, & cõtra oẽm iustitiam, & æquitaté. vt inquit in simili Marſ. cõs. 8. n. 8. nec qui hoc facerent, Iudices essent, sed canes nuncupari mererẽtur, vt eos canes appellat Vital. de malefic. tit. de inquisitio. n. 8. qui formant inquisitiones non præcedentibus legitimis indiciis, ergo tanto magis appellari merentur, quando sine indicijs ad torturam procedunt, cum tortura sit grauior, & durior pœna, q̃ vtriusq; manus abscisio. vt supra diximus hoc c. n. 19. & dixit ẽt Marſ. in pract. crim. §. expedita. n. 59. & in l. 1. §. præterea. n. 8. ff. ad l. Corn. de Sicar. & in l. diuus. n. 2. de qõ. Iaco. Nouel. in tract. suo defens. tit. ad defensam. n. 24. & Rolan. à Valle, qui aliud tamen agens arguit de inquisitione ad torturam, in d. consil. 12. n. 41. lib. 3. & meritò tales Iudices canibus, & ita animalibus brutis cõ patantur. quia iniustus Iudex homo appellari non põt, sed inter animalia bruta connumerandus est. secũdùm Aristot. 1. Polit. vbi sic ait: Sicut optimum animalium est homo lege fruens, ita pessimum animalium est homo à lege, & iustitia separatus. non ergo Iudices torqueãt homines sine indiciis, & velle suum non subrogent loco indiciorũ, vt faciebant Iudices tempore Marſ. vt ipse dicit sing. 455. qui eos damnat, & superiores, qui hoc tolerant, immemores, quod lento gradu procedit diuina ira, nec Deus obliuiscitur iniquitatum.

58 Et † vbi nihil obstet, quominus reus tormentis subiici possit, plura aũt obstare possunt, de quibus late per Foller. in pract. crim. in verb. & si confitebuntur. per totum. 3. d. & Pegn. Schol. 118. ad 3. p. Direct. Inq. & alios alibi, tunc Iudex huc in modum per torturam veritatem inquirit, & extorquet. Nam antequam reum tormentis subiiciat, adhuc interrogationibus, & monitionibus ad dicendam ueritatem de omnibus sigillatim in processu apparentibus, & de quibus sunt indicia, eum impellit, prout ita impellendus est, vt seruatur, & admonet Foller. in pract. crim. in verb. rei indurati torqueantur. post nu. 1. & constat ex constituto Iac. Nouel. in sua pract. crim. fol. 39. Sed non amplius circuitu aliquo, nec ita longius repetita percontatione priora sequentibus applicando, prout in constituto de plano obseruandum esse supra c. 1. lib. 3. admonuimus, sed statim deeo, quod in iudiciũ venit, & de quo ita est inquisitus, eum interrogando, vt patet ex forma constituti reorum ad torturæ locum, quam ponit Iaco. Nouel. in d. sua pract. crimi. fol. 39. de qua infra cap. seq. vbi & nostram, & aliorum formam constituendi reos ad torturæ locum posuimus. Et ubi reus adhuc in eius perstiterit pertinacia, sunt eidem repetenda indicia, de quibus

antea

antea dispersè, & diffusè dictum fuerat, & quæ in epilogo Constituti de plano coacta fuerant. Eligantur autem & hoc in loco, vt & in epilogo, quæ erant grauissima, & vnumquodque quàm breuissimè similiter transeatur, vt reus ad dicendum veritatem ante torturam, quæ subsidiaria esse debet, vt supra diximus, impellatur, non vt examen renouatum hoc in loco esse videatur.

59 Et † ita non semel moneri solet, & debet ad dicendũ veritatem de eo, de quo est inquisitus, quã negare nullo modo potest, nec audere debet, cum talia, & talia contra eum satis vrgeant indicia, quæ in singulis monitionibus singulatim inferenda, & cũ pondere aliquo excitanda sunt. Et vbi in eius negatione adhuc perstiterit, cõminationes † his

60 miscendæ sunt, quòd bene aduertat dicere veritatem, & recedere ab eius pertinacia, & à mendacijs, quia alioquin deuenietur cõtra ipsum ad iuris, & facti remedia opportuna. & ita ad rigorosum examen, & torturam, & ita etiam seruatur, & admonet comminationem hãc esse faciendam Foller. in d loco. & nu. 2. vbi docet ideo fieri huiusmodi monitiones, vt ita appareat, quòd cũ aliter veritas haberi non posset, ad torturam processum fuit, vt ibi per eum per dicta Angel de malefic. in verb. fama publica. col. 18. in fin. licet dicat sibi hoc nimis necessariũ non videri: quoniam non ex verbis iudicis, sed ex processu constare debet, aliter veritatem haberi non posse, vt hoc etiam nimis necessarium non videtur prædicta ratione, & alia, quam allegat Ioseph Cumi. in trac. syndic. cap. 31. de tortura. nu. 10. licet subdat, abundantem

61 cautelã non nocere. Et † si reus post huiusmodi minas de eum torquendo, nisi veritatem diceret, confiteatur, talis confessio dicitur nihilominus facta sponte, non autem metu tormentorum, vt tenet Gand. de malefic. tit. de quæstio. quem alij Doct. sequũtur, vt ex Carret. quem alleg. dicit Iul. Clar. d. q. 64. versic. nunc de gradibus.

Et his ita præcedentibus monitionibus, & cõminationibus reo in eius pertinacia adhuc persistente, ad torturam demum proceditur,

62 non aliter † accusatore quamuis adesset requisito, quia quicquid dixerit Caso. in prac. crimi. tit de tormen. cap. 17. numero 1. qui scribit, quòd omnes Doct. scribentes in hac materia consentiunt quod teneatur Iudex prius requirere accusatorem, ad cuius instantiam quæstio habenda est, aliàs non potest reum tormentis subijcere, de consuetudine seruatur, quod non expectata requisitione accusatoris Iudex ex officio reum torquet, prout etiam ipsemet Caso fatetur, subdens quòd hoc tempore per totam Italiam Iudex non expectata requisitione accusatoris reum torquet, verum dicit, & in hoc nulla est difficultas, vt dicit Iul. Clar. d. quæst. 60. versic. vbi nihil.

63 Nec † aliter etiam præsentibus Aduocatis, & Procuratoribus rei, quod quicquid de iure dici possit, de consuetudine obseruatur, vt attestatur Alber. in rub. C. de quæstio. in fin. & non solum vno in loco, sed generaliter secundum Imo. in d. l. custodias. in fin. prin. ff. de pub. iudic. qui dicit ita seruare generalem consuetudinem. Quinimmo ita hodie obser-

obseruat generalis cõsuetudo mundi, vt testatur Ang. in d.l. custodias,
64 & ex eis ita etiam Iul. Clar. d. q. 60. vers. quæro nunc. Vt neque † etiam præsente Aduocato, & Procuratore accusatoris, vt per eundem Ang. in d.l. custodias. & ex eo idem Iul. Clar. d. vers. quæro nunc. dicentes quòd ita etiam in Aduocato accusatoris seruat generalis consuetudo
65 mundi. Licet † Aduocatus, vel procurator fisci interesse possit & soleat, vt post Foller. quem alleg. tradit in d. loco Iul. Clar. quãuis Foller. in loco ibi alleg. subdat, id esse potius ex quodam abusu. quamuis in examinatione, an reus sit torquendus, vel ne, sint requirendi, & audiendi Aduocati reorum, licet non in actu ipsius torturæ, vt bene dicit Imo. in l. custodias. in fin. prin. ff. d. prob. iudic. subdẽs, quod ita seruat generalis consuetudo. ut illum refert Franc. Mars. decis. 906. num. 7. par. 1. & idem antea dixit Bar. in d.l. custodias num. 1. quem refert Ant. de Canar. de quæstio. in 2. membr. num. 54. & omnes Iul. Clar. d. q. 64. vers. quæro nunc. qui subdit, quod hoc, vt scilicet, requirantur Aduocati reorum in illa examinatione, an sint torquendi, non seruantur in Ducato Mediolani, sed decretũ torturæ secretò fit, & q̃primũ fieri potest, executioni mittitur, ne possint Aduocati reos instruere ad veritatem negandam, vt quotidie fieri videmus.

66 Et † de iure ante torturæ actum fieri debet decretum de torquẽdo, Iudex enim visa rei pertinacia, ac indicijs cõtra eum urgentibus, antequam illum torturæ exponat, pronunciare, & decernere debet, eum fore, & esse torquendum, cum veritas aliter haberi non possit, vt post Bar. quem alleg. dicit Mars. in l. 1. num. 9. ff. de quæstio. & antea Brun. in tract. de indic. & tortur. q. 5. prin. 2. part. nume. 13. Carauit. super ritu 259 magnæ curiæ. num. 9. Foller. in pract. crimi. in d. verb. rei indurati torqueantur. post num. 1. & in 3. par. in verb. et si confitebuntur. nu. 44.
67 et apponi † solet in decreto huiusmodi, et debet d. clausula, cum veritas aliter haberi non possit, quia cum hoc torturæ remediũ subsidiarium sit, quando scilicet alia via veritas haberi non potest, vt supra diximus nume. 3. cautus Iudex esse debet, ne in syndicatu teneatur, quòd in actis ita apparere faciat, quòd cum aliter veritas haberi non possit, mandauit ad torturã deueniri. ita Angel. de malefic. in d. verb. fama publica num. 94. Brun. de indic. 5. quæstio. princip. 2. par. nu. 15. Caso. practica crim. titul. de tormen. cap. 7. nu. 3. Foller. in pract. crimin. d. verb. rei indurati torqueantur. nume. 2. qui, vt ipse ibi ait, hac cautela plurimum vsus fuit, licet non nimis necessariam existimauerit, vt ibi per eum.

68 Verum † cauti Iudices solent non interponere decretum palam de torquendo reum, sed ducto reo ad locum torturæ statim, cum incipit ligari, decretum de torquendo interponere solent, et immediatè torquere, ita dicit Marãt. in suo Specul. par. 6. nume 14. in 14. actu. quem refert Iul. Clar. d. quæstio. 64. vers. sed quid agendum. et Ioseph. Cumi. in d. trac. de syndcat. cap. 21. nume. 12. et sequen. Vmber. Locat. in oper. inquisitor. in verb. tortura. nume. 6. Et in statu Ecclesiastico ita

seruari

seruari solet,quia præuiis monitionibus prædictis,ac comminationibus de torquendo,reo persistente in pertinacia solent iudices in loco examinis seorsum à loco torturæ stante ipsius rei pertinacia, ac indicijs contra eum urgentibus pronunciare,decernere,& mandare,eum duci ad locum torturæ si iam ibi non examinaretur,ibique spoliari,ligari,& fune præsentari, & dum hæc exequuntur per birruarios,vel illis iam exequutis benignè reus per Iudicem moneri solet ad dicendū ueritatem,nec patiatur ad torturam procedi,prout procedetur, si in eius pertinacia perstiterit,& eo adhuc in eius pertinacia persistente, mandare eum in fune eleuari.

69 Et † ita obseruari solet,& obseruatur,ne detur materia appellādi,vt per Marant.in d.loco,& Iul.Clar. in d.vers.& quid agendum.& Ioseph. Cumi.d.c.21.de tortura.nu.13.Nam postquam reus tormentis applicatur, eius appellatio non auditur,vt in facti contingentia iudicatū fuisse per Parlamentum Parisiense attestatur Popo.lib.24.tit. 9. arre-
70 sto.29. quem refert Iul. Clar. d.vers.quid agendum. Prout † appellatio audiretur,& recipi deberet,si prout de iure,decretum de torquendo interponeretur,& à tortura supersedendum esset.Bar.& Bal.in l. 2. C.quor.appella.non recipi.Bar.in l.si quis prouocatione.& in l.eos.C. de appellat.& in l.ante sententiam.C.quor.appel.non reip.Iser. in tit. quæ sint regal.vers.maiestatis.& in constit.Regn. intentionis.Fely..in c.cum super.col.pen.de re iudic.& in c.significauerunt.col. fi.de exce
71 ptio.Brun.in d.loco.Mars.in d.§.expedita.n.70.Carauit.in d.tit. 159. Etiam † ante inhibitionem Iudicis à quo,ut post alios,quos alleg.per Carauit.in d.loco.& Robert.Lancel. de attenta.2.p.c.12.lim. 2.nu. 92.
72 & alijs seq.

Et ita † de stylo curiarum tam Parlamenti superioris,quàm inferioris superſedeᵣetur ab executione torturæ,ut d.Guid.Pap.decisio. 74.
73 & ex eo Marc.decis.905.nu.4.p.1.& Iul.Clar.d.versi. sed quid agendū. Et ita † etiam seruatur in Regno,quando tale decretum de torquendo interponitur factis per inquisitum defensionibus, ac publicatione in causa,sicque legitimato processu.Nam si iustè appelletur,recipitur appellatio,secus verò si iniustè,ex constit.si iustè.Quinimmò, quia periculum est torquere,vbi torquendus appellat,ex quo esse pōt,vt quod Iudici à quo iustum, uel iniustum uidetur, aliter appareat Iudici ad quem,communiter seruatur,quod appellatio recipitur à decreto de torquendo lato post factas defensiones, vt attestatur Carauit. d. ritu. 259.n.10.qui subdit post Io.Ant.de Nigr.in d.constit.si iustè. num.36. quod cautius agit Iudex,si stante appellatione supersedeat, ne periculo se exponat.& sequitur Robert.Lancellot.in tract de attentatis.2.p. cap.12.de attentatis appellet. pendent.Ampliat.4.num.20.& in 1.limit.n.95.Et appellatio hæc ab interlocutoria torturæ ligat manus Iudicis à quo,etiam ante inhibitionem superioris secundum Bald. in l. generaliter.§.sed iuramento.C.de reb.credit.col. 2. versic.sed quid si est talis interlocutoria.& tradit Marant.in Specu.q.2.p.3.prin. num.

201.&

201.& Petr.Duen.reg.52.limit.1.n.1.vbi eam allegat rationem, quia per diffinitiuam tortura inflicta reparari non potest.vt l.2.ff.de appel. recipiẽ.& tradit glo.in clem. 1.in verb. ipso iure. de hæretici,& post Bal.vbi supra tradunt appostillantes ad decis. Rot. 58. alias 412. de appellat.in no.& late Carauit.vbi supra.& Robert.Lancello.loco iam citato.in d.1.limit.nu.62.& seq.& Franc.Mae.d.decis.905.nu.5.par.1.

74 Et licet sint aliqui † Barones in Regno(vt refert idem Caraui.in d.loco)qui uolunt apparere fiscales,& criminalistæ,aliter faciunt, & quandoq; appellationi deferunt,quandoque non,& ipsimet discernunt,si iustè, uel iniustè appelletur,sed post aufugiunt in syndicatu,ut aufugere vidisse ait Caraui.vbi supra,qui inibi subdit,quod prima practica est melior, & magis propter periculum frequentatur . quot enim capita, tot sententiæ.

75 Sed † magna curia,& audientiæ Regiæ aliter seruat,quia licet millies torquendus appellet,quando in camera torturæ interponitur decretum, & infertur tortura ante defensiones de præeminentia, tali appellationi non defertur, ut etiam dicit idem Carauit.in loco iã ci-
76 tato.Prout † etiam seruatur apud Mediolanenses, apud quos cum ex dispositione decretorũ sublata sit omnis appellatio in criminalibus, etiam in interlocutoriis, frustra huiusmodi appellationes interponũtur.Nam eis non attentis Iudices ad ulteriora procedũt,vt refert Iul.
77 Clar.d.versi.sed quid agendum.in fi.Et † idem seruandum esse in Statu Ecclesiastico cuilibet videri poterit ex Motu proprio Pii Quarti, quo in causis criminalibus appellatio prohibetur tam à diffinitiua, q̃ ab interlocutoriis. Sed tamen appellatio ex eodẽ Motu proprio si causa est capitalis recipienda est,si reus in carcere se constituat. Cum igitur reus torquendus,iam sit in carcere, non uidetur ei prohibita appellatio ab interlocutoria ex eodem Motu proprio: sed appellationi, quæ aliàs de iure interponi posset,eo in statu occurritur.d.cantela, & practica,quam supra retulimus.n.ab hinc.8.

78 Et † ita ad torturæ actum d. decreto interposito deinde proceditur, si tamen reus eo die nihil comederit,aut biberit, ut de consuetudine seruatur,ut dicit Paris de Put.in tract.de Syndic.in verb.tortura.3. c. 4.n.11.Mille.in pract.crim.fol.103.n.52.Vmbert.Loca.in oper.Inqui. in verb.tortura.n.27.Iul.Clar.d.q.64.vers.decreta tortura. Et satis ẽt est, quod per decem horas ante torturam non comederit, aut biberit,vt est communis practica,quæ ita illam diem intelligit,ut attesta-
79 tur ex Mars. quem alleg. idem Iul. Clar. in d. loco. Et † ideo Iudices monere solent carceris custodem per diem ante,ut in secretis carceribus reum,qui ad largã positus erat, reponat, & animaduerrat, ne per illam diem,uel per decem saltem horas ante torturam inferendam comedat, aut bibat. ut & admonẽt Iudicem, quod ita mandet,Paris de Pute.d.cap.4.nu.12.& ita custos carceris potest hoc in casu alimenta denegare reis carceratis illo tempore,quo sunt torquendi, & puniendus esset,si in alio casu impediret, & alios tradere uolentes alimenta

carceratis.vt ex Parid.de Put.& Iac.Beluis.dicit Ant.Scap.lib.5.tract. iur.non scripti.c.52.n.5.& 7.

80 Et † reus ita post dictum decretum per birruarios ad locum tortu ræ adducitur, ibiq; spoliatur, ligatur, & ad funem, vel aliud tormētum præsentatur, & vel dum ligatur, vel postea antequam in funem eleuetur, vel alio tormento supponatur, solet nō semel benignè moneri per Iudicem de ueritate dicenda, & eum demum in eius pertinacia persistentem Iudex mandat in funem eleuari, vel alio tormento supponi, & ita torqueri, & tormentari.

81 Et † in ipsa tortura, & tormento potest non solum interrogari, & moneri generaliter de dicenda veritate de delicto, sed specialiter etiā super quolibet ad delictum indicio, quod contra ipsum vrgeret. Folle. in pract.crim.d.verb.rei indurati torqueantur.post nu.1.& constat ex Constituto Iaco.Nouel.in sua pract.fol.39.licet nō amplius in hoc tor turæ actu longius repetita percontatione, sed statim de illo ipso indi cio, quod in iudicium venit.& substantialiter extorquendum est, inter rogari debeat, vt satis constat ex formula Iaco.Nouel.in sua prac. cri.

82 d.fol.39.quam infra posuimus cap.seq.Et † omnes respōsiones, & verba, quas, & quæ rei dixerint in tortura, per extensum scribi debent per Notarium, prout seruatur, & admonet idem Foller.in d.loco, & decre uit Paul. III. in suo Motu proprio, cuius meminimus supra.c.2.nu.90. lib.3.& Ioseph Cumi.de synd.d.c.21.de tortura.nu.14.& 16.qui admonet ibi num. 15. ne rei in tortura interrogeutur de his, de quibus nul la sunt indicia.

83 Et † si reus imputaretur de combustione scripturarum, & illas cō buisse fateretur, potest interrogari, qua de causa combusserit, quinimmò super hoc torqueri potest, vt consulit Bal.in consil.125. lib. 4. quem refert, & sequitur Bernard. de Lādr. ad Ang.de malefi. in verb. falsario. & ambos Foller.in pract.crim.3.par.in verb. & si confitebuntur. nume. 114.

84 Et † si reus fateatur crimen, de quo contra eum adsunt indicia, poterit interrogari de aliis delictis, de quibus contra eum non sunt indicia. ita enim quicquid sit de iure, seruatur de consuetudine, vt testā tur plures, quos recenset Iul.Clar.d.q.64 vers.successiuè quæro. & de generali consuetudine Italiæ attestatur Ambert.de Antramo.in trac. de quæstio.& tortu.post nu.10.& Io.Mar.Montic.in pract.cri.reg. 16. & antea Gandi.de Malef.tit.de quæstio.nu.19.quod maximè seruatur in furtis; quia magis frequentantur, vt per eosdem in d.locis. qua de re late diximus in Metho.Proces.infor.lib.2.c.fi.quib.addo Ant.Scap. lib.5.de iure non scripto.c.69.

85 Prout † etiam interrogari pōt super socijs, & complicibus, vt per eū dem Iul.Clar.d.q.64.vers.veritas est.& q.21.vers.dictum socii.Et licet de iure regulariter delinquens interrogari non possit de sociis, ut est tex.in l.fi.C.de accusatio.& est communis omnium sententia, ut dicit Io.de Amicis cons.27.n.1.& Iul.Clar.d.q. 21. d.versic. dictum socij in

prin.

86 princ. præterq. in † nonnullis criminibus, in quibus propter eorũ immanitatem permissum est, vt interrogetur, quæ quidem dicuntur crimina excepta, de quibus per glo. in d. l. fin. tamen, quicquid sit de iure, hodie ex consuetudine interrogantur rei in omni casu, vt attestantur Gandi. Iac. de Beluis. Blanc. & Fulgo. in locis alleg. per Iul. Clar. d. vers. dictum socij, & Foller. in pract. crim. in verb. rei indurati torqueantur. nu. 6. & hanc consuetudinem esse ferè vbique, quoscunque malefactores interrogari de sociis, testatur etiam Sor. in tract. de ratione tegen. vel detegen. secret. q. 6. in 1. conclus. vlt. dub. & iterum in 3. conclus. vbi dicit in consuetudine esse, interrogare de sociis omnes latrones & fures, in quibus ita etiam particulariter seruatur in Dominio Mediolani, vt etiam in fraudatoribus salis, vel bladorum, & assasinis, in cæteris autem seruatur ius cõe, vt dicit Iul. Clar. d. versic. dictũ socii. qui subdit laudabile esse adhærere iuri cõi, vbi in specie non vigeret talis

87 consuetudo. Et in ciuitate † Mantuæ potest socius criminis interrogari de socijs, & participibus criminis etiam in illis criminibus, de quibus à lege permissum non est interrogari. Et hoc ex statuto d. ciui-

88 tatis, † quo cautum est, quod socius criminis possit interrogari de sociis, & participibus criminis. Nam vt aliquid addat iuri cõi debet intelligi, vt possit socius criminis interrogari etiam de illis criminib. de quibus à lege permissum non est interrogari, ita d. statutum intelligit Ludo. Cat. inter cons. crim. diuer. cons. 99. num. 3. lib. 1. & post eũ Menoch. de Arbitr. iudic. cas. 474. nu. 68.

89 Verum † animaduerti debet, an is de sociis interrogandus aliàs sit persona vilis, & malæ famæ: in eo enim d. consuetudo intelligenda est, vt per Fulgos. consi. 173. nu. 2. Et in tali quæstione hãc proponit Gãd. in loco præalleg. & Saly. in d. l. fi. loquitur in persona vili. Sed Iul. Clar. in loco præalleg. dicit, quòd ipse vidit indistinctè in omnibus obserua ri, quod dicit Salyc. in d. loco. qui satis pulchrè distinguens inter cætera

90 concludit, † quòd in iis criminibus, q̃ regulariter sine sociis cõmitti nõ solẽt. põt de sociis delinquens interrogari, & hãc appellat cõem opi. Ant. Gomez. c. 12. delict. n. 16. in fi. & dicit Boss. in trac. caus. cri. tit. de indic. nu. 145. quod illæ considerationes Saly. seruantur in practic.

91 Animaduerti † ẽt dẽt, quando ita quis torquetur, et interrogatur de aliis, an contra illos præcedant indicia: quia aliàs non debet de aliis interrogari, ita dicit Bald. in tract. de quæstio. et tormen. cap. 2. num. 3. et 4. et Caso. in prac. crim. tit. de tormen. cap. 16. numero 1. et diximus in tract. de execut. senten. contumac. capto bannito c. 2. numero 74. Alex. consi. 89. col. 2. in fi. vol. 3. cons. 126. in fi. vol. 4. Ruin. consil. 146. n. 8. vol. 5. Ceph. consi. 463. nu. 11. cum alijs, vt per Gram. consil. crim. 21. num. 7. Marf. in pract. crim. §. diligenter, nu. 5. & in l. 1. §. diuus. n. 8. ff. de quæstio. & in sing. 209. Dec. consil. 175. colu. 2. & consil. 189. col. 6. & consil. 342. colum. 1. Gozad consil. 2. num. 21. Crau. consil. 9. Rimi. iun. consi. 817. nu. 2. lib. 7. post priorem huius nostræ praxis editionem editus. Caso tamen in d. loco videtur firmare hanc regulam, quòd si-

ne indiciis non est quis de aliis interrogandus, à qua deinde excepit latrones, monetæ falsatores, & mandatores, qui etiam torquentur vt manifestent socios, seu mandātes, sed illud in istis casibus uidetur quo ad alios esse indicium; quia hæc sunt crimina, quæ regulariter sine sociis committi non solent, unde potest delinquens de sociis interrogari. Salyc. in d. l. fin. C. de accusat. qui à practica receptus est, vt ex Boss. quem alleg. dicit Iul. Clar. d. vers. dictum socii. & Menoch. d. casu 474. num. 17. Non tamen hoc generale indiciū unà cum nominatione socij criminis sequuta indicium faceret ad torturam contra ipsum nominatum, & si Blanc. de indic. nu. 378. sufficere sentiat ex mente Saly. quē ita affirmasse asserit in d. l. fi. C. de accusatio. sententia enim Blāc. nec uera, nec ex mente Saly. est: non enim uera est, quia etsi ex ea nominatione ortum esset indicium, quod delictum fuerit à pluribus commissum, non tamen est plus contra hunc, quàm illum in specie, seu in indiuiduo, atque ita hoc indicium non respicit immediatè personā nominati, ita contra Blanc. considerat Menoch. in d. cas. 474. nu. 45. Non ēt est ex mente Saly. qui manifeste sentit, requiri aliud speciale indicium contra hunc nominatum, ut scilicet sit indicium vltra nominationē. ita etiam Menoch. contra Blanc. vbi supra, & latius deducit Bertazo. consi. crim. 341. n. 25. & cum eo Rimi. iun. d. consi. 817. nu. 3. lib. 7. quale autem esse debeat hoc indicium, Salycetus non explicat in dicto loco, explicat autem Menoch. d. cas. 474. num. 47. & seqq. & illa erit differentia quoad interrogationem inter unum, & alterum indiciū, quia in criminibus exceptis indicia contra inculpatum non exiguntur ita legitima, sicut in criminibus nō exceptis, ut declarat Bologn. in addit. ad Guid. de Suzar. in trac. de indic. & tort. n. 54. quē refert. & sequitur Bertazo. d. consi. 341. post. n. 26.

92 Et † quādo reus torquetur, & interrogatur super mādante, illud est indicium, quando scilicet appareret, quod illud delictum commisit non sua causa, puta quia nihil ad eum pertinebat: tunc quidē, quia pro certo tenetur quod ad alterius fecit instantiam, super mandante torqueri solet; & ita seruatur teste Boss. in d. tit de indic. post nu. 156. uersic. 1. considero, quem refert, & sequitur Iul. Clar. d. vers. dictum socii. in fin.

93 Et † si mandatarius in tormentis confessus fuerit delictum quoad se, potest absque aliis indiciis iterum torqueri, ut manifestet mādatum, vt post alios quos alleg. tradit Foller. d. pract. crim. d. verb. rei indurati torqueantur. n. 5. & 3. p. in verb. & si confitebuntur. n. 105.

94 Et † interrogando Reum in tortura tàm de se ipso quo ad delictum, de quo inquiritur, quàm de aliis criminibus, de quibus non sunt indicia, & de sociis, & complicibus, monendus est Iudex, ut de his in genere, non in specie reum interroget ad euitandam suggestionem, quemadmodum supra docuimus cap. 1. lib. 2. nu. 67. & aliis seq. & in specie; quòd iste interrogari debeat à Iudice in genere. non autem in specie, seu in indiuiduo de Caio, & Sempronio, scribunt Salyc. in l. fi. col. pen. versi. quæro nunc de modo. C. de accusatio. Ruin. consi. 7. nu. 14. uersic.

nec

nec etiam frater.lib.5.Blan.de Indic.nu.381.Menoc.de arbitr. iudic. d.caſ.474.nu.53. & ſi ſuggeſtio hæc euitanda eſt in conſtituto de plano quanto magis euitanda erit in tortura. Foller. in pract. crim. in d.uerb.rei indurati torqueantur.poſt.nu.1.& in verb.& ſi confitebuntur. nu.76.3.par.D.Alfonſ.in prac. crim.cano.lib.7.tit.de tortura.cõcluſio.13.per totam.& Ioſeph.Cumi.in trac.de Syndic.cap.21.nu. 15. & Soci.in c qualiter,& quando,el ij.nu. 950. de accuſatio. non ſolum conſuluit,ſed adiurat omnes officiales, ne aliquo modo propalẽt reis delictum,& ipſius qualitates,& circunſtantias, ne forte inſtruant, ut tandem metu tormentorum mendaciter fateantur.& idem Maria.Soci.inibi nu.1102.generaliter admonet Iudices,ut præcaueant, ne aliquo modo in tortura aliqua proferant verba, quæ aliquo modo poſſint reum inſtruere,aut inducere ad ſic confitendum.& eſt text. in l.1. §. in cauſa tributorum . ff. de quæſtio.quo text. omnes innituntur ad damnãdam ſuggeſtionem,qua mali Iudices proprias animas perdũt, & alios indebite uexant,vt ait Iul.Clar.d.q.21.verſ.retenta igitur. cir
95 ca fin.qui † propterea credit,quod totus proceſſus, qui fieret contra aliquem ita ſuggerendo à Iudice nominatum non præcedentibus aliquibus indiciis ſit ipſo iure nullus.ut ibi per eum.& alibi diximus. Licet in Statu Eccleſiaſtico rei detenti pro uno crimine,ſuper aliis, de quibus aliqua non extant indicia,interrogari non debeant, nec Iudices eos interrogare præſumere vllo modo debẽt,ex diſpoſitione Paul. III.qui ita ſtatuit in ſuo Motu proprio in fauorem omnium pauperũ. verſi.ijdem Iudices.& mandat ibi Põt. quod Iudices tam in his,quàm in aliis occurrentibus ſeruare teneantur,& debeant iuris cõis diſpoſitionem,de qua per Carrer.in prac.crim.fol.96.n.12. vbi alios alleg. & diffusè per nos in Method.proceſſus informat.lib.2.c.fi.n.1. & aliis pluribus ſequen.

96 Prout † etiam interrogando de ſociis,& complicibus, & ſuper aliis criminibus,ſi rei confeſſi eſſent,uel conuicti,monendus eſt Iudex, ut torquendo animaduertat, quod prius proteſtetur, quod id facit ſine præiudicio confeſſi, & conuicti criminis,uel ſi ſint condemnati, ſine præiudicio condemnationis,ut eſt communis obſeruantia, de qua teſtatur Cæpo.conſi.crim.32.col pen.uerſ.nec poteſt dici,quem alii referunt,& ſequuntur,quos refert Iul.Clar.d.q.64.verſ.Veritas eſt. aliàs
97 † fatuus eſſet Iudex,qui aliquem torqueret,contra quem plene ꝓbatum eſſet,uel qui eſſet conuictus,niſi id faceret cum proteſtatione,qđ non intendit eum torquere ſuper probatis,& confeſſis; debetque facere,quod talis proteſtatio in actis appareat.aliàs enim ſine tali proteſtatione,ſi in tormentis negaret,& in negatiua perſiſteret, indicia purgaſſe diceretur,ut & probationes contra ſe exiſtentes,& abſoluendus eſſet,uel in pœnam ordinariam ſaltem condemnari non poſſet. vt per Alber.in rub.C. de quæſtio.Boer. deciſ.163.num. 13. Iul. Clar. d. verſi. ueritas eſt.& Vmber.Loca.in oper. Inq.in uerb.tortu.n.26 & diximus in tract. de execut.ſent.contum.capto bannito.cap.1.num.80.

98 Et

98 Et † si reus in eius persisteret negatiua,& pertinacia in tortura eleuatus,& suspensus,quassari potest,& plena tunc dicitur tortura,vt per Iul. Clar.d.q.64.vers.debet igitur.& secundũ Mars.in pract.crim.§. occurrit.col.1.vers.& potest poni.& in § nunc videndum.nu.52.quem re
99 fert Caso.in prac.crim.d.tit.de tormen.c.14.nu.3. Et † dicit Iul.Clar.
* d.versi.debet igitur, quòd ex cõi pract. & consuetudine totius Italiæ pro quolibet indicio dantur tres ictus torturæ,seu(vt vulgo dicitur)
* squassi cordæ.Sed certe non seruatur talis consuetudo:nã si plura sint indicia,non dantur pro quolibet indicio tres ictus funis,sed omnibus computatis dantur duo, vel tres,& non vltra. Ioseph Cumi.de syndic. c.21.de tortura.nu.20.post Mars. Barto. Saly.Paul.de Castr.& Nouel.
100 quos alleg. Et ita † seruatur etiam in Dominio Mediolani, vbi pro vno indicio etiam actui proximo non dantur tres ictus funis,sed duo tantum ad summum,vt dicit Iul.Clar.d.versi.dẽt igitur.& Paul.Ghirlan.in tract.de quæstio.& tortur.q.4. num.9.dicit, quod dum reus suspẽsus ĩ tortura detinetur,dãtur duo,vel plures ictus,siue tractus chordæ ad maiores csuciatus inferendum in corpore, & quid seruetur in regno ponit Ioseph Cumi.d.c.21.d.num.20.ad quam plenam torturã,
101 quæ † est in quarto gradu torturæ,vt per Ghir.in d.loco, & in quin-
102 to,secundum Iul.Clar.in d.q.64.vers.nunc de gradibus,proceditnon debet,nisi indicia essent urgentia,& bene probata,& reus haberet mẽbra robusta,& crimen ex se graue esset,vt per eundem Ghirlan.in d. lo
103 co,& sufficit † etiam vnum indicium sufficiens ad torturam, & legitimè probatum,vt dicit Iul.Clar.d.vers.debet igitur.per id quod ipse
104 dixit ea q.64.vers.dixi quoque.Et † ita vnus sufficit testis de visu ipsius criminis omni exceptione maior, vel duo, aut plures testes alia probantes indicia,& circunstantias necessarias ipsius criminis,secundum Ghirlan.in præalleg.loco ex his,quæ declarant Gandi. & alii ibi per eum allegati.
105 Et † quandoq; post aliquam suspensionem,& detentionem, & ictus funis,si reus adhuc pertinax in eius negatiua perstiterit,& torturã huiusmodi paruipendere, & spernere videretur, pro grauiori cruciatu ad pedes ipsius rei pondera subiiciuntur pendentia, vt compedes ferrei,lorica, aut aliud simile pondus,cum quo ita suspẽsus detinetur,vel ictibus cruciatur,& istud est sæuissimum tormẽti genus,vt dicit Ghirlan.d.q.4.n.10.illud ponens in quinto,& vltimo gradu torturæ,& sub-
* dit,quòd dicunt Doct.qui de hac materia scripserunt, quod tunc corpus ipsius rei dilaniatur,membraque. & ossa quodammodo dissoluun
106 tur,& à corpore euelluntur; Et † hæc dicitur grauior pœna, quam vtriusque manus abscisio,ut dicit Tex. in Auth. vt null. iudic. §. quia verò. Qui quidem gradus, & torquendi modus perrarò fit, & haud facile Iudex ad illum deuenire debet, vt admonet idem Ghirlã.d.q.4.
107 num. 11. Qui etiam † ponit casus, quibus ad hunc torquendi modum proceditur, inter quos enumerat hæresim, crimen læsæ maiestatis, euersionem status, aut similem proditionem, vbi de totius patriæ,

trix, aut multorum salute tractatur, aut cum ageretur de ingenti assassinio, enormissimo homicidio sacræ personæ, vel de morte alicuius Cardinalis, seu alterius magni Principis, vel contra maleficum,
108 aut mathematicum, quæ sunt crimina atrocissima, & nullum † in illis prodest priuilegium dignitatis. l. si quis alicui. C. ad l. Iul. maiest. l. si excepta. C. de malefic. & mathemat. l. Manichæos. & l. Arriani. C. de hæretic. cap. ad abolendam. cod. titu. cap. fœlicis. de pœn. in 6. cum simili idem etiam ex Ghirlan. vbi suprà, dicit Foller. in d. pract. crim. in d. verb. rei indurati torqueantur. post num. 17. & nu. 10. dicit, quod
109 aduertendum est, quod † quando fune quis torquetur, non est passim, & indistinctè in quolibet casu adhibenda aqua frigida in dorso pendentis in tortura, nisi in casibus enormibus, ut notabiliter prius dixerat Pari. de Put. de Syndic. in verb. tortura. el iij. cap. num. 5. in fi. & idem Foller. ind. eius pract. crim. 2. par. in verb. & si confitebun-
110 tur. num. 69. dicit post eundem Paris de Put. in d. loco. quod † male faciunt Iudices, qui passim in omnibus casibus, quando torquent aliquem, magna in pedibus imponunt pondera, vel adhibent aquam frigidam in dorso pendentis in tortura, quia hoc non nisi in grauissimis
111 fieri potest, quod etiam dicit Carrer. in pract. crim. fol. 93. num. 2. & 3. vbi etiam dicit, quod † aliqui sinunt per duas, aut tres horas reum quiescere in chorda, & in tortura nudū reffigerari, & postea iterum torquent, nam tunc magnum sentit dolorem, & maximè si aquā frigidam in dorso proiiciunt, sed subdit, quod hæc fieri non debent, nisi in grauibus delictis, & criminibus qualificatis, parricidio, assassinio, & crimine læsæ maiestatis, & publicis latronibus, & disrobatoribus stratarum. Et vt ad hunc torturæ modum procedi ita non de-
112 bet, nisi in criminibus atrocissimis, ita etiam † procedi non debet, nisi indicia adeò clara essent, & prægnantia, vt nil deesset, nisi sola rei confessio, vt etiam admonet idem Ghirlan. in d. loco. & si indicia nō ita essent vrgentia, nec plena satis ad inferendam plenam torturā, nō ad hunc torturæ gradum, sed ad alios procedi solet, & debet arbitrio Iudicis, vt qualitas delicti, & personæ, & indiciorum postulare videbitur, ita generaliter dicit Iul. Clar. d. versic. debet igitur. Sed particulariter Iudicem instruit in quolibet torturæ gradu Ghirlan. d. q. 4. per totam. & ex eo Foller. in d. verb. rei indurati torqueantur. n. 17. illos adeas & Tiber. Decia. consi. 93. num. 135. lib. 2. vbi particulariter admonet Iudicem, quod satis minus torqueat Doctores, & Nobiles, quàm plebeios, & debiles, quàm robustos. & rationem etiam habeat eius, qui passus est exudationem uenæ, vel vulnus in pectore, & difficultatem anhelitus, nec non & morbum Gallicum, vt ibi per eum d. numero 135. & nu. 136. & tribus sequē. post alios, quos ibi alleg. & de Doctore leuius torquēdo dicit & Ceph. consil. 164. ante nume. 9. lib. 2.

113 Quanto † autem tempore Rei ita in tortura detineri debeant, nihil est in iure cautum, nec à Docto. est certè traditum, qui Iudicis arbitrio

arbitrio id reliquerunt, ut secundum suum arbitrium & conscientiã propriam, uel per unum, uel per duo Miserere, uel per quartam, tertiam, mediamve partem, uel duas tertias unius horæ, aut ad summũ per integram horam, ut qualitas delicti, & personæ, & indiciorum postulare uidebitur in tortura detineat, ut per Ghirlan.d.4.q.nu.9. & Ioseph Cumi.de syndic.c.21.de tortura.nu.24.post Foller.in prac.crim. in uerb.rei indurati torqueantur.nu.16.qui etiam dicunt, quòd raro ultra horam Rei in tortura detinentur, nisi in enormissimis.& Paulus III. in suo Motu proprio in fauorem omnium pauperum.uersic. Iudices prædicti.prohibet ne reus in tortura per longum temporis spatiũ unius, aut plurium horarum, aut ad extraneos actus etiam prandii,
114 aut cœnæ diuertendo, detineatur. Et ideo † in tortura retineri solet Horologium, quod arenulæ fluxu horas indicat, quod ab aqua sensim
115 defluente † clepsydram prisci uocabant, ut sciatur quanto tempore reus in tortura pependit, & apud acta id annotatur, ut retinendũ esse ad hunc effectum, admonet Foller. in d.loco. & Ioseph Cumi d. cap.21.num.23.

116 Et iuxta † qualitatem delicti, & personæ, & indiciorum reo in tortura detento, & in eius negatiua persistente, Iudex mandat, ipsum leuiter deponi, dissolui, & reponi ad locum suum, sed animo repetendi torturam, si repetitioni est locus, & ideò in fine decreti depositionis huiusmodi adiici solent uerba illa, animo &c.scilicet animo repeten-
117 di torturam. Et † quod Iudex ita in actis interloqui debeat admonet Caso.in prac.crim.d.tit.de tormen.cap.10.nu.7.& dicit Iul. Clar, d.q.64.vers.vltimo uidendum, quod Iudices quando iubent reum deponi à prima tortura solent scribi facere, quòd illum deponere iubet animo repetendi, &c. idem etiam D. Alphons.in pract.crim.cano.lib. 7.tit.de tortura.2.conclus.in princ.& conclus.7.& Franc. Pegn. ad 3. p.Direct.Inquisit.Schol.54.col.3.uersi.cæterum, & hic locus.& Carrer.
118 in pract.crim. fol.93.nu.o. docens † unde hæc practica sumpta sit. noss.in tract.caus.crim.tit. de tortura. nu.48.qui tamen protestationem hanc haud necessariam existimat.Par.de Put.de Syndic. in verb. tortura.3.cap.4.post num. 5. & Ioseph Cumi in tract. de Syndic. cap. 21.de tortu.nume. 18. & Vmbert. Locat. in oper.Inquisitor. in uerb. tortura. num.12.

119 Tortura † autem semel illata iterum si reus negauerit repeti potest arbitrio Iudicis, & ita practicatur, ut dicit Bar.in l.vnius §.reus.num, 1.ff.de quæstio & alii, quos recenset Iul.Clar.d.q.64.versi. ultimo uidẽdum, quibus addo F.Bernard. Comens. in lucerna Inquisito. in uerb. tortura.nu,38.qui dicit ita communiter obseruari. Hoc tamen arbi-
120 trium, † vt repeti possit, uel non, secundum qualitatem iudiciorum præcedentium regulari debet, & in hoc omnes conueniunt, vt dicit Anto.de Canar.de quæstio.6.memb.post.nume.1.quẽ refert Iul.Clar. in d.loco post medium.& Rimi.iun.consi.704.num.70.lib.6.D. Marc.
121 Anto.Eugenius consi.76.num.129.lib.1.Vnde † si prima indicia fuerint

rint multum urgentia,et manifesta,licet secundũ aliquos de iure tortura repeti non possit secundum communem Docto.opin.de qua testatur Ant.Gomez.cap.13.nu.26.& plures ad hoc congerit Tiber.Deciã. consf.93.nu.133.vol. 2. de consuetudine tamen seruatur, vt tormenta repeti posſint.ita enim practicari attestatur Bart.in d.§. reus. num.2. Soci.consi.54.nu.14.lib.3.Gram.consi.cri m.21.post.num.5.Anton.de Canar.in d.loco.Iul.Clar.d.verſ.vltimo videndũ.& latè Folle. in prac. crim.3.par.in verb.& si confitebuntur.nu.78.Rimi.iun.consil.395. nu. 34.& seq.lib.4.& consi.704.n.76. vol. 6. Item si secundum qualitatem indiciorum reus fuit sufficienter tortus,quia ita rigida fuerit inflicta tortura,ut iudicio prudentium considerata qualitate,& ipsa indicia
122 purgauerit. vt enim intelligatur,quando per torturam indicia purgata sint, cõmensuranda est qualitas rigiditatis inflictæ torturæ cum qualitate grauitatis indiciorum,secundum Pegn.d.Schol.54.col. 4.in
123 fin.& si nihil confessus fuerit,tormenta repeti non possunt, nisi noua superueniant indicia,quæ etiam sint fortiora primis, vt ex communi per Iul.Clar.d.versi.vltimo videndum.vbi etiam ex pluribus testatur, quod ita seruatur.& seruandum est in practica, maximè à bonis iudicibus,& tradit Foller.in d.verb.& si confitebuntur. post d. num. 78.& Rimi.iun.d.conf.704.nu.71.& 76.vol.6.vbi declarat,quæ sint noua indicia,& singularem, & tutissimam, ac penitus obseruandam esse hanc doctrinam,quam & communem dicit,existimat Franc. Pegn. ad 3.p. Direct.Inquisi.Schol.54.col.3.versf.quod si nec sic.Sed Alber. de Antromo.in d.tract.de quæstio.& tortur.dicit quod hoc quamuis communiter receptum non seruant Iudices,qui quotidie repetunt sine nouis indiciis.prout etiam ita consuetudinem obseruare, & quod latrunculatores sæpè torquent, & repetunt pluries, & quòd ita seruari vidit, & quandoque etiam ipse seruauit,dicit Brun.de indic. & tortur.q. 5.p. 2.n.62.licet subdat,quod male ita factum,& obseruatum fuit,& minus
125 iuridice. Et † ideò,quando Iudex habet hominem scelestum in carcere, contra quem fama laborat,& fuit sufficienter tortus,& non sunt noua indicia, Iudex vacare debet multis interrogationibus de delicto,& eius circumstantiis,& indiciis sæpius,donec illum ad vacillandum induxerit.& si uacillauerit rursus torqueri poterit.ita post Ang. Bar.& Rom.quos allegat,instruit Marſ.in pract.crim.d.§.quoniam.n. 26.& seq.& ex eo Alphõſ.Aluarez.in suo specu. vtriusq; iuris col. pen. versi.& si Iudex,& D.Alphons.in pract.crim. cano.d.tit.de tortur.conclus.5.& Vmber.Locat.in oper.Inquisit. in verb.tortur.num. 18. Item
126 † sæpè sic faciunt boni assessores,quia à leui tortura incipiũt,& si ex ea habent veritatem,bene quidem,aliàs eam repetunt,vt dicit Anto. de Canar.in d.6.memb.post nu.1.quem refert Iul. Clar.d. vers. vltimo videndum.& dicit Franc.Pegn.ad Direct.Inquisito.lib.3.Schol.54. in
127 princ.quod hoc consilium laudabile est,& securum. quando † enim reus fuit leuiter tortus,& non sufficienter,potest repeti in tormentis, ita vt sufficienter torqueatur.secundum Dyn.& alios cõmuniter,quos

refert Iul.Clar.in d. verſ. vltimo videndum.poſt princ. qui etiam ibi
128 circa fin.poſt Anto.de Canar.vbi ſupra,admonet Iudices,† quod caueāt,ne dicti arbitrij prætextu immoderate ſæuiant,ſed potius in dubio ad torturā non procedant,prout & admonet Clariſsimus D.meus D. Marc. Anto. Eugenius in d.conſ.76.num. 129.& ſequen.lib.1.
129 Multi † enim propter tormentorum ſæuitiam confeſsi,& condēnati fuerunt, & poſtea innocentes reperti fuerunt, & diebus noſtris in ſtatu eccleſiaſtico pluries ita etiā contigiſſe intellexi, & plurima eius rei exempla affatim ſuppetere dicit Simanc. qui vnum memorat, Ca
130 tholic. inſtitu.tit. 65.n.84.Prout † etiam animaduertere Iudex dēt, an Reus iterū torquēdus in corporis fortitudine durauerit.d.l.vnius. §.1.ff.de quæſtio.tradit Guid.de Suzzar.de indic.& tortur.n.3.
131 Et † repetitio hæc non debet excedere tres vices,ne in infinitū procedatur,ita quod,ſi repetitioni eſt locus, ſolum per tres vices tribus diebus ſeparatim reus torquendus erit, & non vltra, & qualibet vice poteſt reus habere tres ſaccatas, videlicet vnam cabaletam, & duos
132 ſquaſſus,ſeu tres eleuationes,& depoſitiones.Et † ſi reus vltra tres vices torqueretur,immoderate tortus diceretur, & ui, & cruciatu tormentorū fateri videretur. ita Nouel.qui dicit,quod ita quotidie practicatur,in pract. crim.fol.40.nu.2. vbi Marſ.& alios allegat. & idem tradit Caſo.d.tit.de torment.d.capit.14.num. 4.& ſeq.& poſt Paul. de Caſtr.& Parid.de Put.quos allegat,tradit ēt Foller.in pract.crimi. in verb.& ſi confitebuntur.in 3.par.n.71.& Rimi.iun.d.conſi.395. num. 41.& ſeq. lib.4.qui tamen ibi cenſet,torturam contra Reum negantē repetendum eſſe ſecunda tantum uice, quia Doctores dicentes de tribus vicibus loquuntur in reo variante, quia in tormentis fatetur, ad bancum verò negat, vt per eum ibi poſt Simanc. in Enchirid. violatæ religio.tit.52.nu.42.niſi noua indicia prodierit, vt ille ſubdit num. 45.poſt allegatos per eum, quos ſic intelligit, quod & ſequitur Rimi. iun. in d. loco.

Et quoniam animaduertendum eſt,in quo nam gradu tortura repeti debeat,ſciendum eſt, quinque gradus torturæ cōnumerari per Foller.in pract.crimin.2. par. 2.in verb. rei indurati torqueantur. num. 17. & per Paul.Ghirlan.in tracta.de quæſtio. & torment. q. 5. Iul.Cla. lib.5. ſenten.§. fin.q.64. verſic. Nunc de gradibus. & Rimi. iun d. con ſil. 395. num. 43. et aliis ſequen. lib.4. et Ioſeph Cumi. in tractat. de Syndic. cap. 21. de tortura. num. 6.& Vmbert. Locat.in oper. Inquiſitorum. in verb. tortura.num. 34. & aliis ſequen. Primus,quando reus tantum ligatur ad funem,torturaque ſibi comminatur,nec vltra proceditur, quæ territio nuncupatur. Secundus, quando ligatus momento ſic detentus deponitur. Tertius, quando ſic ſuſpenſus per vnum Miſerere, vel paulò plus abſque tractu funis deponitur. Quartus, quando diutius ſuſpenſus,vt per quartam, vel tertiam partem vnius horæ, vel plus ſecundum grauitatem criminis, et indiciorum dantur vnus, vel duo ictus funis. Quintus, cum his peractis, et reus

in

in negatiua persistit, pedibus eius appenduntur compedes, vel alia pondera ferrea, & similia, quod est sæuissimum tormenti genus, et quod raro Iudex adhibere solet, nisi in criminibus atrocissimis, vt est hæresis, lęsæ maiestatis, et euersionis status, et similium, ut per Rimi. iun. d. consi. 395. nume. 49. lib. 4. et alios prædictos in d. locis. hunc tamen gradũ torturæ detestatur in specie Foller. quem d. loco refert Rimi. iun. et crudeles appellat Iudices, et sanguinem humanum sitientes, cum per immensum dolorem, et cruciatum nonnulli confiteri coguntur, quæ non fecerunt, vnde concludit, animas eorum in inferno sepelliri, idque cauendum esse, ne Iudex animam suam dãnet, et in Syndicatu teneatur. vnde bene dixit Iul. Clar. d. quæstio. 64. colum. fin. cauere debere Iudices, ne prætextu arbitrii, quod habent in repetendo torturam ob indicia multum vrgentia, ĩmoderate sæuiãt, et bene secundum Rim. iun. vbi supra. quoniam, vt ille subdit. n. 53. Iudices in torquendo hoc debẽt temperamentum tenere, vt tormenta de aliquo in immensum non sumant, sed prout moderata rationis tẽperamenta desiderant, adeo quod tortus saluus vel innocentiæ, vel supplicio cõseruetur. l. 1, §. quouis. ff. de quæstio. declarat Guid. de Suzza. in tract de indic. et tortura. in prin. et Caso. in trac. de tormentis. ca. 12. col. 1. poterit igitur reus in tortura repetendus eleuari, et suspensus ibi teneri arbitrio Iudicis, et, si in negatiua perstiterit, dari debet sibi vnus alius ictus funis, aut duo leuiores ad summũ, sicque tertius, et quartus gradus torturæ exerceri debebit. ita censuit Rimi. iun. dic. consi. 395. post dict. nu. 53. lib, 4. qui ita ibi respondit in crimine hæresis, quod est grauius, et cæteris detestabilius, eo quod directo patratur contra ipsum Creatorem Deum omnipotentem, eius omnipotentiæ detrahendo, et illius diuinitatem negando, l. 1. C. de hæretic. et ponit Paul. Ghirlan. in tract. de hæretic. in prin. subdens, quod dicitur crimen læsæ diuinæ maiestatis, ex quo directò tendit in læsionem, et præiudicium diuinæ maiestatis.

Et hæc procedunt, vt Doct. loquuntur, in reo, qui in seipsum torquetur: sed et multo magis procedere illa oportet, quando torquetur in caput aliorum, vt scilicet tertio repeti non possit, nec ita grauis repetitio esse debet, nec eodem modo iterari, vt multis rationibus respõdit Hieron. Gabriel. consi. 178. n. 8. et pluribus aliis seq. vol. 2. præsertim stante nobilitate, et condicione rei, vt ille subdit. num. 9. quod de nobilitate dicit etiam Tiber. Decian. consil. 93. n. 135. lib. 2. vbi dicit, quod Doctores, et Nobiles satis minus, quã plebeii torquendi sũt in casibus, in quibus torqueri possunt. Et nota, quod errant sæpius, ac sæpius Iudices putantes torturam esse arbitrariam, quia tale arbitrium ius commune non excedit. ita Vmbert. Locat. in oper. Inquisitor. in verb. tortura. numero 19. qui subdit, quod omnes scribentes consentiunt.

133 Et si reus ita sufficiẽter tortus negat commisisse delictũ, et nihil fateatur, dicitur purgasse indicia, quasi puram veritatem dixisse videa-

tur,& absolui debet secundùm Alber.in rub.C.de quæstio.num. 9. ubi dicit,quod ita seruatur,& dicit idem Alber.in l. edictum.n.2.ff. de qõ. quod communiter totus mundus ita tenet, & seruat. & Iul. Clar. d.q. 64.versic.illata reo tortura dicit ex Caso.quem alleg.quod hanc Alb opinionem omnes obseruant in Italia, prout etiam hanc esse commu nem obseruantiam dicit Cæpo.consil.crim.32.col.1. Ceph. cõsil.261 nu.1.lib.5.& D. Alphons.in pract.crimi.cano.lib.7.de tortura,cap. 14. conclus. 1. vbi in fin. dicit, quod hodie consuetudo hæc viget in omni
134 tribunali tam Ecclesiastico,quam seculari.Et † secũdum aliquos relaxandus est sub cautione fideiussoria de se præsentando toties, quoties,&c.prout hanc esse communem practicam,& obseruantiam dicit Mars.in l.repeti.nu.24.ff.de quęstio.& in pract.crim.§.quoniam.n. 49. quem post Ant.Gomez.cap.13.delict.num.18.refert Iul.Clar.d. versi. illata reo tortura.& tradit etiam Carrer.in pract.crim.fol.89. nu. 12. & fol.97.nu.23.& D.Alphons.d.cap.14.conclusio. 1. & Carauit.super rit.magnæ cur. 248.num.18.& Franc.Pegn.d.Schol. 54.col.fin.versi.& si omnino.& Ioseph Cumi.d.cap.21.de tortura.de syndic.numero 25.
135 Alii † verò tenent,quod immo reus sit diffinitiuè absoluendus,vt tenet Anto.Gom.in d.loco.quem etiam refert Iul.Clar.d.uers.illata reo tortura. D.Hiero.Mago,post alios in decis.Lucens.89.nu.12. Alii aliã etiam practicam docuerunt,vt eos refert Carrer.in prac.crim.d. fol. 97.num.23.Sed consuetudo obtinuit,ut iste,qui purgauit per torturã omnia indicia contra se existentia,vt etiam si non adsunt indicia sufficientia ad torquendum,vel ad imponendum aliquam pœnam extra ordinariam,absoluatur tantummodo tamquàm non repertus culpabilis,nec de iure punibilis rebus sic stantibus,& ita ex hactenus dedu
136 ctis. Et hoc † casu,si deinde noua superuenerint indicia, de nouo cõtra eum proceditur non obstante tali sententia , atque ita absolutionem fieri receptum est in practica,vt testatur Iodoc,in pract. cri. fol. 119.num.2. Et hæc etiam practica obseruatur in Hispania, ut refert Couar.lib.1.resolut.cap.1.num.8.Idem etiam in Gallia obseruari attestatur Igne.in repet.§.non aliàs.post num.180.& Rebuf.in constitut. Franciæ.glo.5.nu.118.Prout idem obseruatur in Ducatu Mediolani, vt dicit Iul.Clar.lib.5.senten.§.fin.q.62.vers.forma autem,à qua sentẽtia,quæ uerior est,non esse recedendum dicit Franc.Pegn.d.Schol. 54.
137 col.fi.versi.& si omnino, quia vulgaris est regula , quòd † actore non probante reus absolui debet.l.actor.C.de probatio.l.qui accusare. C. de eden.cum simil.Quid autem particulariter in Curia Romana aliquando practicatũ fuerit,& practicari debeat, in hac opinionum, & practicarum diuersitate dicit Prosp. Farina.lib.1.vars.qq. & commu. opin.crim. q.4.nu.26.
138 Cæterum,† si reus in tormentis delictum confiteatur,debet primo Iudex animaduertere,vt non permittat eum reponi, & conduci ad illos carceres, in quibus sunt etiam alii carcerati:quia in carcere, ubi sunt multi criminosi,est schola,quia facilè vnus alium docet, quid, vt

euadat,.

euadat, dicere debeat, & sic quod suam reuocet confessionem: debet ergo eum poni facere in carcere separato, hanc practicã docet And. de Iser. super 1. par. constitu. Regni. rub. 27. col. 6. & post eum Paris de Pute. de syndic. fol. 451. quam ut bonam laudat Iul. Clar. d. q. 64. versic. cæterum. & cauti Iudices ita faciunt, vt dicit Afflic. super d. rub. 27. cõsti. Regn. nu. 44. in fi. & ita vidisse seruari Romæ, Bononiæ, & in locis, in quibus hoc commode fieri potest, dicit Anto. Scap. lib. 5. iur. nõ scripti. cap. 101. in fin.

139 Postea curare debet, vt quod reus confessus fuerit, extra tormenta ad bancum iuris, & apud acta Notarii ratificet; quoniam stãdum non est confessioni huiusmodi factæ in tormentis, nisi reus in illa perseueret, & eam extra tormenta ratificet, secundùm communem opinion. Doc. de qua testantur plures, quos alleg. Iul. Clar. d. versicu. cæterum si reus. & ita seruat consuetudo, de qua ex Bar. in l. 1. in vlt. verb. ff. de custod. reor. testantur Marian. in cap. qualiter, & quando num. 253. de accusatio. & Mille. in pract. crim. fol. 65. nu. 16. & ex his Iul. Clar. d. verb. cęterum si reus, qui subdit, quòd non sufficit, quòd tortus in confessione perseueret illam non reuocando, sed opus est, quod illam expressè apud acta ratificet, quod antea dixerat Ant. de Canar. de quæstio. in 5. membr. nu. 9. qui subdit, quod ita consuetudo obseruat, & tradit etiã post alios Ioseph Cumi. d. cap. 21. de tortura. nu. 26.

140 Et † ratificatio hæc hunc in modum fieri solet, & debet: quia post confessionem factam in tormentis reponitur reus in secretis carceribus, & die deinde sequenti extra locum tormẽtorum reus ducitur ad ratificandum, ita instruit Brun. de indic. 6. q. 2. par. nu. 4. Mars. in prac. crim. §. quoniam. num. 1. Direct. Inquisi. 3. p. fol. 314. col. 2. versic. si aũt. Foller. qui alios alleg. in pract. crim. in verb. & si confitebuntur. 3. par. prin. nu. 81. & Vmber. Locat. in oper. Inquisitor. in verb. tortura. nu. 6.

141 sunt tamen † aliqui, qui incontinenti post confessionem per torturam extortam ducunt reum ad ratificandum, pessimè tamen faciunt, vt ait Cæpol. consi. crim. 39. nu. 53. vers. & quòd in hoc casu & Marsil. post Ang. Aret. quem alleg. in pract. crim. §. quoniam. num. 1. præsumitur enim adhuc durare metus tormentorum, ideo expectandũ est spatium vnius diei, Idest secundùm aliquos vigintiquatuor horarum, & est communis doctrina, & practica huius articuli, ut testatur Ant. Gomez. d. c. 13. delict. nu. 24. & secundùm alios de vna die ad aliam sequẽtem, licet spatium vigintiquatuor horarum plenè non interceeat, sed saltem nox sit intermedia. Sed Iul. Clar. d. q. 64. versicu. & circa. in hoc

142 † putat standum esse arbitrio Iudicis, vt dicit Bar. in l. 1. §. diuus Seuerus. num. 4. ff. de quæstio. cuius sententiam communiter approbatã attestatur Simanc. de hæretic. cap. 63. num. 42. in effectu ita volunt Doct. vt ait Anto. de Canar. de quæstio. in 5. membr. num. 7. Ipse autem Iudex secundùm qualitatem torturæ illatæ iudicabit, & arbitrabitur, quanto temporis spatio præsumatur cessare dolor, ac metus tormentorum. potest enim esse, quod adeo leuis tortura fuerit, ut eodẽ etiam die

die non esset inconueniens, vt fieret ratificatio interiecto aliquot horarum spatio. ita Iul. Clar. in d. loco, qui etiam opinatur, tutius tamen esse expectare in diem sequentem, licet Assessores hoc non obseruet, vt dicit Cępol. d. consi. 40. n. 53. vers. & quod in hoc casu. multi enim in continenti ducunt ad ratificandum: & pessimè faciunt secundum eũ: nam proculdubio deberent permittere, vt tortus saltem per vnũ diẽ, vel per vnam noctem requiesceret, quòd etiam ante eum dixit Angel.
143 in l. 2. n. 1. C. de cust. reor. Et † apud Mediolanenses optime seruatur, vt dicit Iul. Clar. d. versic. & circa in fi.
144 Et † Inquisitores in tertium diem ratificationem differre solẽt, vt dicit Simanc. Cathol. instit. tit. 65. n. 71. quod quidem (inquit ille) benignius est, ne adhuc dolor tormentorum, & vehemens animi perturbatio duret. Sed Vmbert. Locat. in oper. Inq. in verb. tortura. n. 6. dicit, in diem sequentem differri.
145 Et † locus, in quo duci debet reus ad ratificandum corã, Iudice, & Notario debet esse secundùm Doct. extra carceres, & ad bancum iuris, & sic in in iudicio, ita Bar. in d. l. 1. §. diuus Seuerus. n. 3. ff. de quæst. & Bal. qui dicit, quòd ita practicatur cons. 95. in fi. lib. 1. Mars. post Angel. Aret. quem alleg. in prac. crim. d. §. quoniam. n. 1. Iul. Clar. d. qõ. 64.
146 vers. debet quoque. Cæpol. d. cons. 39. nu. 54. Sed † consuetudo obtinuit, vt talis ratificatio fiat etiam in carcere, in loco tamen, vbi reus tormenta, seu instrumenta ad torquendum videre non possit: aliter. n. dici posset, quòd adhuc duraret metus tormentorum, & ita etiam tenent Doct. vt dicit Io. Andr. in c. cum in contemplatione. de reg. iur. & post eum August. Arim. ad Ang. de malefic. in verb. fama publica. post
147 n. 117. Iul. Clar. d. vers. debet quoque. Quãuis si† consuetudo esset in loco examinandi reos, & sumendi ratificationem in loco tormentorũ, valeret ratificatio virtute huius consuetudinis iustè Iudice procedente ita Cæpo. d. cons. 39. post nu. 55. & n. 60. qui tamen loquitur in casu, in quo facta fuit ratificatio in loco tormentorũ confessionis in eodem loco factæ per reum non ligatum ad torturam, nec ad eã ductũ, nec præcedente etiam comminatione de eum torquendo, si veritatem
148 non diceret. quòd nota. Et † licet tutius esset secũdùm aliquos, quòd in tali ratificatione, seu perseuerantia adhiberentur testes, ex quo est actus tanti præiudicii: hoc tamen in practica non seruatur, sed sine testibus statur actis factis per Notarium coram Iudice, & ita (vt attestatur Vital. de malefi. tit. de forma perseuerationis num. 3.) obseruatur de generali consuetudine, quam etiam laudat Iul. Clar. d. versicu. debet quoque. & Anto. Scap. in tract. iuris non scripti libro 5. c. 75. n. 3.
149 Modus † autem, & forma interrogandi est, quia lecta reo ad uerbũ eius confessione facta in tortura per Notarium de mandato Iudicis interrogatur, si dicit, & confitetur, vt confessus fuit supra in eius confessione, qui respondet, quod sic, & ita notarius scribit in actis, alias
150 Iudici † non crederetur. cap. quoniam contra, de probatio. ita modum hunc, & formam tradit Vital. d. titu. de forma perseuerationis,

&

& Marſ.in d.§.quoniam.poſt.n.1.vbi etiam admonet Iudicem ſeu No-
151 tariũ † quod lecta reo eius cõfesſione illũ admoneat, quod bene aduertat ad id,quod dicitur,& ſibi legitur. ibi enim de eius vita tractatur.& ideo ſi illud quod eſt confeſſus verum eſt,confirmet,& ratificet, ſinautem verum non eſt,illud neget,& improbet,& Eymeri. in ſuo Directo.Inquiſi.eandem quoque dat formam 3.par.fol.314.col.2.verſi. ſi autem ſi in quæſtionibus.vbi admonet Iudicem, vt lecta confesſione facta in tormentis interroget etiam diligentius, & ſemel, & plnries, quouſque veritas habeatur.& Franc.Pegn.in annot.ibi ad eũ d. Schol. 54 col.5.& ante eum Simanc.Cathol.inſtit.d.tit.65.n.72.dicunt,quod
152 † modus interrogationis in huiuſmodi ratificatione talis eſſe ſolet: Recordaris eorum,quæ heri,aut ab hinc dies duos in tormentis dixiſti? nunc dic liberè veritatem: & Notarius ſcribat reſponſionem: de qua forma ratificationis per Locat. in opere Inquiſ.de formulis variis, & Iaco.de Belui.in prac.crim.tit.de quæſtio. & Marſ. in pract. crim.in §.quoniam.ad quos ſe remittit Foller.in pract crim. in verb. & ſi cõfitebuntur.3.par.3.p& 1.par.3.par.n.63. Ioſep. Cumi.d.c.21.n. 28.& aliter etiam interrogatur reus in ratificatione huiuſmodi, vt videre poteris infra c.ſeq.nu.17.

153 Quæ † quidem ratificatio neceſſaria non eſt ſecũdùm aliquos,quãdo præceſſerat confesſio extraiudicialis ipſius rei ad torturam illatã: plenè enim probat confesſio,quæ ſequitur in tormento,vt reus diffinitiuè condemnetur ſine aliqua alia ratificatione, licet aliàs regulariter ſemper requiratur, quando reus poſitus eſt in tormento ratione aliorum indiciorum, & confitetur delictum. ita ex multorum ſententia dicunt Carrer.in pract.crim.fol.94.nu.11.Foller.in d.verb.& ſi cõfitebuntur. num.82. Anto. Gomez.tom.3.varia.reſolutio. nume. 8. & D.Alphonſ.in practi. crimin. cano. lib.7. de tortura capi. 1.concluſ. vltima. Verum hæc obſeruanda non eſt in praxi; tum quia nullo iure nititur; tum quoniam generaliter ius diſponit, confesſionem factam in tormentis ratificandam; poſtremo,quia, cum confesſio extraiudicialis iam ſit ſuum effectum operata, vt ſcilicet ex ea reus torqueri posſit, non debet alium effectum operari, vt ſcilicet non requiratur ratificatio. ita aſſerit, & verè Blanc. de indic. nume.208. Anton.Gomez.præcitato loco. Franc. Pegn. d. Schol.118. in appendice colum.1.verſic. verum hæc ſententia, & Simanc. Catholic.inſtit. titu. 65. num. 70. Prout non videtur neceſſaria ratificatio, quando quis infraganti crimine eſſet deprehenſus,vt per Ioſeph.Cumi.d. ca. 21.numero 27.

154 Item † non videtur neceſſaria ratificatio huius confesſionis per torturam extortæ,quando tortura fuit leuis, & modica, & tortus fuiſſet robuſtus: valebit enim confesſio ſine alia ratificatione. ex quo. ſpontanea cenſetur, & non per torturam extorta,vt per Bar.in d. l. 1. §.diuus.& §.ſi quis vltrò.& in l.penult.ff. de quæſtio. alios recenſet,& ſequitur Foller.in d.verb.& ſi confitebuntur,numero 83.tutius tamen

eſt in

est in omni casu sumere ratificationem, etiam quòd tortura fuerit leuis & modica.

155 Et si † reus ita extra tormenta,& seruatis seruandis suam confessionem prius in tormentis factam ratificauerit, Iudex ei debet statuere terminum puta duorum,vel trium dierum ad faciendum suas defensiones,& ita est de communi obseruantia,vt dixit Marant.in suo Spec. 6.par.in decimoquarto actu.nu.15.& in consi.78.nu.11.& Vmbert,Locat.in oper.Inquisitor.in verb·tortura.nu.31. quæ practica summopere placet Iul.Clar.vt ipse ait d.q.64.versic.finautem.licet illam aliqui officiales parum docti(inquit ille)nō obseruent, & credit,quod aliter

156 reus nō posset condemnari,quia indefensus mori diceretur. Nā † ēt contra propriam confessionem præsertim in tormentis factam multa deduci,& probari possunt,vt ipsemet Iul.Clar.dixit d.lib.5. senten. §.fi.q.55.& q.65.& vbi nihil probaret, poterit condemnari.

157 Et si † reus coram Iudice,& Notario ductus ratificare noluerit. sed metu tormentorum non uera confessum fuisset assereret,suamque confessionem ita reuocaret, & delictum commisisse negaret, repeti potest in tortura,etiam si alia indicia non superueniant,quia ea confessio primum facta in tormentis dicitur nouum indicium,Barto.in d.l. vnius.§.reus in fin.ff.de quæstio.& hanc opinionem dicit communem, & quod ita practicatur vbique absque vlla hæsitatione. Boss. in tract. caus. crim.tit. de tortu. nume. 34·& etiam alii dicunt communē,quos refert,& sequitur Iul.Clar.lib.5.senten.§.fina.quæstio.21.uersicul.vlterius quæro.quam etiam vt communem sequitur Franc.Pegn.d. Schol. 54.ad 3.p.Directo.Inquisito.colum.4,versic.sit quarta,& postrema regula,& D.Alphons.in d.sua pract,crim.cano.lib.7.tit.de tortura. cap. 14.conclusio.3.vbi etiam dicit communem, quam etiam sequitur, & comprobat Vmber.Locat.in oper.Inquisitor.in verb.tortura.nu. 17.

158 Verum † hoc casu fugienda est Iudicum quorundam crudelitas, & immanis plusquam carnificum sæuitia,qui tamdiu reum detinent in tormentis,donec perseueret.hoc enim fieri non debet,nec potest. vt optimè præcitato loco scripsit Iul. Clar.& eiusdem est sententiæ Frāc. Pegn.d.Schol.54.d.versic.sit tertia, & dicit Locat. in d. loco quid mitius tormenta repeti debent.

159 Et si † repetita tortura iterum confessus fuerit, sed ductus ad ratificandum confessionem factam reuocauerit,adhuc repeti potest in tortura absque aliqua hæsitatione.de hoc enim Doct.non dubitant, dubi

160 tant† autem an cum reus bis tortus,bis confitetur,& reuocat,tertiò possit torqueri,& de integro quæstio haberi,& Iul.Clar.lib.5. sentent. in d.quæst.21.versi.vlterius quæro.in fin.& Anto. Gomez.3.tom. Variar.resolutio.d.cap.13.nu.27.& Carrer.in pract.crim.fol.90.num. 13. Boer.decis. 163·num.19.& seq.& Gram.ante eos consil crim.45.num. 42.& Marsil.post Paris de Put.quem alleg.in l.repeti.numero nono,de quæst.est sententia quod tertio torqueri possit, & ubi deinde confessus ductus ad ratificandum semper negaret,absolui debet rebus sic stā

tibus,

tibus, & ex hactenus deductis vti non repertus culpabilis, nec de iure punibilis, uel relaxandus erit sub fideiussoria cautione, vt per eos. Cæ
161 terum † sententia hæc nonnullis videtur nimis crudelis, quam multis rationibus etiam refelli posse arbitrantur. Primum, quia nulla lege certa nititur: rursus, quia confessio secunda facta in tormentis nō generat nouum indicium, cum sit eadem cum prima confessione: tandē, quoniam qua ratione ter torquetur, posset & pluries torqueri, cū nulla diuersitatis ratio commoda assignari possit. ita Simanc. Cathol. institu. tit. 65. num. 81. & Franc. Pegn. dict. Schol. 54. colum. vlti. qui benignius, & securius propterea esse opinantur, ne quis ob reuocatam cōfessionem tertio torqueatur. Nam hoc præterquam quòd nulla certa lege cauetur, crudele etiam nimis, & inhumanum videtur. atque hanc sententiam placuisse quoque dicunt doctissimis, & Iurisconsultissimis viris Angel. de Malefic. versic. fama publica q. 9. Paulus Ghirl. de qō, & tortur. qō. 7. circa fin. Marsil. in d. l. repeti. Gram. d. consil. 45. Carrer. d. fol. 94. & Boer. d. decisio. 163. colu. vlti. prout & placet Vmber. Loca. in oper. Inquisit. in verb. tort. n. 18. Sed Ang. Aret. & Ghirl. nihil apertè dicunt, cæteri vero præter Locat. apertè contrarium tuentur.
162 Adduntǂ tamen Simanc. & Pegn. in dict. locis, tunc demum fortassis, recipi posse superiorem sententiam de tertia torturæ repetitione, cū reus bis fuerit leuissimè tortus, & in posteriore illa confessione aliqua noua signa priori confessioni addiderit: quorum alterum si desit, nullo modo tertio torquendus est reus, sed Blanc. de indic. n. 219. & aliis seq. & post eum Carrer. in prac. cri. fol. 91. nō hoc cōsiderant, quòd tortus ī posteriore eius cōfessione noua signa priori cōfessiōi addiderit.
163 Sed, † quæ, & qualia præcesserint indicia, ex quibus reus tortus fuit, diligenter in hoc articulo obseruandū esse putarunt. Primum enim secundùm eos, si leuia fuerint indicia, ex quibus sufficienter semel tortus fuit reus, tunc si in tortura confitetur, & deinde ductus ad ratificādum negat, potest quidem iterum torqueri; quia ex dicta variatione nouum oritur indicium. Bald. in l. in bonæ fidei. C. de iureiur. & præalleg. omnes in d. locis & si ex tali varietate tortus confitetur, inde iterum ductus ad ratificandum negat, repeti non potest, ex quo ex hac secunda varietate non nouum oritur indicium diuersi generis; cum prima, & secunda variatio eiusdem sint generis. Secundò, si vrgentia fuerint indicia, vt bis torqueri possit, tunc si in secunda tortura confitetur, & deinde iterum negat, ex tali variatione ter torqueri potest, & sic tertiò repeti in tortura. Tertiò, si indicia sint vrgentissima, vt tertiò torqueri possit, & in tertia tortura confitetur, inde iterum negat, potest quartò repeti ex tali uariatione, ne indicium variationis remaneat non purgatum hoc in casu, in quo vrgentissima præcesserunt indicia, dum hæc indicia, quæ trinam merebantur torturam, expurgantur, aliud oritur indicium, scilicet uariationis, ex quo, & quartò est torquendus, quia si reus non nisi tertiò torqueretur, vt prædicti alij Doctor. volunt in d. locis, omnia indicia rei purgata non essent. Hæc il

li. Sed Boss. in d. tit. de tortur. num. 44. dicit, quod nunquam vidit tor-
164 queri vltra trinam vicem, nisi à carnificibus. Et † si reus tandem ra-
tificauerit, debet ei dari terminus ad se defendendum, aliàs relaxandus est, cū fideiussoribus de se præsentando toties quoties, &c. vel absoluendus ex hactenus deductis, vt supra diximus.

Hactenus de arte interrogandorum reorum in tortura. nunc de formula. Postquàm illud prædictis addiderim à nemine, quem viderim, hactenus tactum, quòd penè è mente exciderat.

165 An † scilicet repetitio torturæ, prout eam repeti posse supra docuimus, fieri possit reo non audito in suis defensionibus, quas post primā torturam, & ante repetitionem facere vellet.

Et partem affirmatiuam illud tuetur, quod Iudex non audiens ante repetitionem torturæ ipsum reum, dicitur ei tollere defensionē, quam
166 † etiam ex statuto tollere nequit, secundùm Docto. vt per Rui. cons. 147. n. 6. & seq. vol. 5. Marsf. sing. 388. & ideo ne tollatur defensio, audiri
167 aliàs reus debet in suis defensionibus, † quamuis Iudex liberum haberet arbitrium, vt per Ruin. in d. loco, & post eum Iac. Menoc. de arbitr. iudic. q. 78. n. 5. cum aliis, vt per Iul. Clar. lib. 5. senten. §. fi. q. 49. in
168 princ. Boss. in tract. caus. crim. tit. de indic. nu. 74. Et † præsertim si id peteretur, vt ex communi tradit idem Iul. Clar. in d. loco. vers. sed nun
169 quid. vbi ex communi concludit, quòd † copia processus omnino dari debet ante torturam, si petatur, & ita reus audiri omnino debet in
170 suis defensionibus, & quidem † quocunq; tempore, vt dicit tex. in l. vnius. §. cogniturum. ff. de qō. & ibi glo. Bar. & Marsf. n. 23. declarat illū tex. vt quocunque tempore fieri possint probationes, & defensiones, scilicet vsq; ad sententiam.

171 Partem verò negatiuam illud suadere videtur, quod repetitio † torturæ ex prioribus indiciis per primam torturam sufficienter nō purgatis, non est noua tortura, sed continuatio primæ, vt tradit Francis. Pegn. in annot. ad Direc. Inquis. p. 3. Schol. 54. colu. 2. vers. cæterum vt hic locus. Non ergo supersedendum videtur in repetitione, quemadmodum supersedendum non est ob appellationem interpositam, quando reus funi applicaretur, vt supra diximus. num. 69.

Et tenendo hanc partem, prædictæ rationi ex eo deductæ, quòd de-
172 fensio aliàs reo tolleretur, responderi potest, quòd Iudex † hoc in casu continuationis torturæ potest reo tollere defensionem, quemadmodum tollere potest non admittendo appellationem interpositam, quādo reus funi applicatur, & ita licet reus eo tempore vellet se defende-
173 re: appellatio enim † defensionem continet, cum quædam sit defensio aduersus iniquitatem sententiæ, seu decreti. l. 1. ff. de appellatio. &
174 † oppressorum releuamen. cap. suggestum, &c. cum speciali §. porrò. de appellatio.

Neq; obstat, quòd Iudex non potest tollere defensionem: quia hoc in casu, denegando defensiones in repetitione torturæ, nō dicitur tol-
175 lere substantiam defensionis, quæ est † quæ tolli non potest, secundū

præalleg.

præalleg. Doct. in d. locis. & alios alibi. Sed tollit defensionem quoad formam, & solemnitatem iuris positiui, quam quidem defensionẽ tollere potest ex his, quæ diximus in tract. de executione senten. capto bã nito. c, 3. n. 46. & aliis seq.

176 Prout etiam non obstat † tex. in d. §. cogniturum; quia licet quocunque tempore ante sententiam reus audiri debeat, vt ibi dicit tex. iuncta gloss. non tamen sequitur, quod reus audiri debeat in suis defensionibus ante repetitionem post primam torturam: quia quemadmodũ prima vice torqueri potuit, ita etiam tortura continuari poterit, eo non amplius audito: nec propterea præclusa ei videtur via probandi suam innocentiam quocunque tempore post torturam etiam vsq; ad sententiam, si delictum per torturam confiteretur, ex his, quæ tradit Iul. Clar. lib. 5. sent. §. fi q. 61. vers. sed quæro. & seq. & versi. fi. & q. 6. vers 1, & si aliter ex d. tex. in d §. cogniturũ, inferreretur, sequeretur, quod nec appellatio denegari posset, quando reus funi applicaretur, quia quocunque tempore ante sententiam reus audiendus est, vt ibi, & tamen hoc falsum est, vt patet ex supradictis. nu. 68.

Sed quoniam hæc etiam negatiua opinio potest ex pluribus reddi dubia secundùm casuum diuersitatem, vt clarius rem omnem absoluam, sic plures casus distinguo. Quos dum in curia Perusina causis criminalibus sub Illustriss. & Reuerendiss. Card. Spinola dictæ ciuitatis, Vmbriæque de latere Legato viro amplissimo, sapientissimoque, & nunquam satis laudato præessem, occurrẽte casu corã Collega meo D. Troiano Gallo Auximano viro eruditissimo, ac cæteris animi dotibus apprimè referto, nunc Turroni Bononiæ Auditore meritissimo, considerandos esse animaduerti.

177 Primus casus est, quando copia est ante primam torturam petita, & per Iudicem decreta legitimato tamen prius processu, quomodo legitimari debet, vt docet Iul. Clar. lib. 5. sent. §. fi. q. 45. versi. cæterum si reus, & vers. seq. & Foller. in pract. crim. in verb. detur copia capitulorum. n. 5. Sed in termino sibi dato ad faciendũ suas defensiones reus vel copiam non recepit, & per ipsum stetit, vel recepit, & nullas fecit defensiones, vt lapso termino ad torturam processum fuit, tũc in repe-
178 titione torturæ non videtur audiendus, quia † per lapsum termini sibi dati dicitur suis defensionibus renunciasse, & renunciatio valet hoc in casu, licet aliàs defensionibus renunciari non possit, secundũ Bald. in l. 1. C. qui accusa. num. 43. Felyn. in c. cum venisset. post nu. 11. de testib. Marsil. in d. l. vnius. §. cogniturum, nu. 71. & 75. ff. de quæstio. Couar. in 4. lib. decret. cap. 8. 2. par. nu. 16. cum aliis à nobis congestis
179 in tract. de defensionibus Reorum propediem edendo. Vnde ad ius defensionis renunciatum non datur amplius regressus, nec pœnitentiæ locus est, prout aliàs hoc generale est. L. quæritur. §. si venditor. ff. de ædil. edict. l. si quis in conscribendo. vbi Doct. C. de pac. Parif. consi. 5. n. 155. vol. 4. Rolan. à Val. consi. 95. nu. 34 vol. 1. Tiraq. de retract. tit. 1. §. 1. gloss. 9. nu. 119. Osasc. decis. Pedemont. 144. num. 6. Riminal. iun.

conf.77.nu.11.confi.41.num. 38.confi.105.num.10. lib.1. Vſque adeo
180 † quod reus,qui ita defenſionibus renunciauit , non ſolum torqueri,
ſi conuictus non eſſet,nec confeſſus,ſed etiam ſi eſſet vel confeſſus , vel
conuictus,ſtatim condemnari poteſt,vt ſentiunt Bal.Fely.Marſ. & Couar. in d.locis,& clarè ex cõi Iul.Clar.d.q.49.verſ.quæro nunc.
181 Secundus † caſus eſt,quando copia petita,& recepta eſt legitimato
proceſſu,& factæ ſunt etiam defenſiones,ex quibus tamen indicia ciuiliter purgata non fuerunt,ideoq; ad torturam Iudex deuenit, tunc ſi
poſt hanc primam torturam,& ante repetitionem alias vult, & nouas
facere defenſiones, ſuper eiſdem indicijs ſufficienter adhuc non purgatis, non videtur ſimiliter audiendus,poſtquàm ſumus in repetitione, ſeu in continuatione torturæ ex præcedentibus indiciis per pri-
182 mam torturam ſufficienter non purgatis. Ex † quo enim ante decretum torturæ fuerat aſsignatus terminus ad faciendum defenſiones,
alius terminus poſt cœptam torturam dari non dẽt,ex not. per Nell.
de bannit.3.p.1.tem.q.4.in fin.& per nos ex eo in tract.de execut.ſent.
capto bannito.cap.3.nu.2
183 Et facit quod † dicit Natt.in clem.ſæpe.col.41.veſ.an autem ille.de
verb.ſign.vbi voluit,quod is,cui eſt præfixus terminus ſemper auditur
poſt terminum ante declarationem factam, ſecus ergo poſtea. quod
dictum retulimus etiam in d.tract.de execut.ſenten.capto bannito c.
1.n.172.licet ergo ante decretum torturæ,quo declaratur deueniendum eſſe ad torturã,reus audiri debet,licet lapſus ſit terminus & præfixus per d.doctrinam,ſecus tamen eſſe debet ſecuta iam declaratione,& cœpta etiã tortura, & ita executione. Et ſatis hoc expreſsiſſe vi-
184 dentur Doctores,quatenus omnes voluerunt,quod ante torturã dãdus ſit terminus reo ad faciendum ſuas defenſiones, & quod indiciis
non purgatis ad torturam procedi debeat.Marſ.in d.l.vnius. §. cogniturum,n.44.ff.de quæſtio.Iul.Clar.d.q.49.verſ.1 & q.64.verſ.1. & alii
alibi.& quod ſi reus in eius pertinacia perſtiterit,arbitrio Iudicis tortura repetenda eſt ſecundum quod ſupra diximus , nec de huiuſmodi
repetitione loquentes quicquàm dicunt,quòd ante repetitionem iterum ſit reus audiendus. Prout etiam ſatis expreſsè hoc determinaſſe
videntur ex eo,quòd volunt,appellationem eſſe denegandam , quãdo
reus iã funi applicatur , & ſic poſt cœptam executionem; & ita quamuis reus vellet ſe eo tempore defendere per appellationem,quæ tamẽ
(vt ſupra diximus)defenſio eſt, ac releuamen oppreſſorum. Et videtur præterea reus hoc in caſu per calumniam petere admitti ad alias
defenſiones faciendũ,animo.ſ. differendi torturæ repetitionem,poſtq̃
in termino ſibi præfixo,& ante primam torturã indicia ciuiliter non
purgauit,meritò non videtur audiendus, & in repetitione ſuperſedẽ-
185 dum non erit. Hoc à fortiori probatur, quia † quando per calumniã
manifeſtam etiam ante primam torturam copia indiciorum peteretur animo differendi, põt illam Iudex reo denegare,& ita defenſionẽ ,
vt puta ſi allegaretur talis defenſio , quæ probata nihil releuaret. Ita
Boſſ.

Boss. in d.tit.de indic.num.80.per ea,quæ not. Paul.de Leazar.in c.gra uis.col.vlt.de deposito.& Alex.cõsi.65.num.1.volum.1.Neuiza.consil. 75.post num.4.post Bald.quem alleg.cõsi.79.lib.3.& eruditissimus D. Fab.Time.in suis doctissimis addit.ad decis.Lucens.D.Hieron.Mago. decis.49.in verb.non datæ defensionis.ergo multo magis defensio denegari poterit iam cepta executione torturæ,quo tempore multo magis reus videtur animo differendi per calumniam petere admitti ad
186 faciendum alias super eisdem indicijs defensiones, & præsertim † si non diceret,quam haberet defensionem, per ea, quæ latè tradit Alex.
187 consi.65.col.3.per totam lib. 1. Et licet † ex communi vsu seruetur quòd petens copiam processus,& ita admitti ad faciẽdum suas defensiones,non teneatur exprimere causam huius suæ petitionis,vt d. Blã. pract. crim.fol.88.num.76.& seq.quem refert Iul.Clar.d.q.49.vers.sed quæro.& Ant.Scap.in tract.iuris non scripti.lib.5.cap.67.nu.3. De iure tamen secus est,vt per eundem Iul.Clar.ibi ex Alex.consi.65.col.3.
188 qui ibi latè id firmat. Et † præterea vsus ille intelligi debet in defensionibus ante torturam primam.at secus in repetitione torturæ, quo tempore Iudex debet omnino adhibere causæ cognitionẽ,& ita quærẽdo quid velit,& possit vere reus probare,quod releuet, per latè tra-
189 dita per Alex.d.consi.65.d.col.3.per totam lib.1.Et † si post primam torturam, & ante repetitionem superuenisset notitia innocentiæ rei per euidentiam facti,vt quia viuus diceretur,qui occisus à reo diceba tur,& simil.crediderim à torturæ repetitione supersedendum esse, ne
190 innocens in tortura repeteretur, prout † hoc in casu ab executione sententiæ condemnatoriæ(quod est fortius) supersedendũ esset. Mars. latè in l.1.§.si quis vltro.n.72.& seq.cum aliis, vt per nos in d.tract. de executio.senten.capto bannito.in præfatio.nu.60.& cap.fi.num.352. Quòd facilius ex eo concedendum est,quia reo prodest, & damnum fisco non infertur.
191 Quod † enim nemini nocet,& mihi prodest, facile concedendum est. l.1.§.idem aiunt aquam.ff.de aqua pluu.arcen.& Tex.in l.2. §. item varus.in fi.eo.tit.l.rescripta.& ibi latè Ias.num.5.C.de preci. Impera. offeren.per Bar.& Docto.in l.2.ff.solu.matrim.Quinimmo fisco prodest,
192 quia † si post primam torturam per aliquot dies supersedeatur à repetitione,& pòstea reus repetitur,acrius torquebatur,vt vix sit,quod non confiteatur,si credimus Parid.de Put.& Andr.de Iser. quos refert Carrer.in pract.crim.fol.93. n.5.
193 Tertius † casus est,quando copia petita non est,vnde Iudex ad tor-
194 turam processit,pro † vt procedere hoc in casu potest etiam ex officio non decreta copia processus,vel termino defensionum, secundum communem opinionem Docto.de quo attestatur Boss.in tract.causa. crim.d.tit. de indic.nu.79.qui etiam subdit, quod ita practicatur. Iul.
195 Clar.d.q.49.versi.sed nunquid,vt ẽ contra,si petatur, † omnino dari debet,& à tortura supersedẽdum est,maxime si aliquid allegetur, quo probato ad torturæ actum deueniendum non esset, vt tradit ex com-
muni

muui idem Iul.Clar.in d.loco.& q.64.versic.sed quid si ille. Et reus uel let post primam torturam,& ante repetitionem petere copiam antea non petitam,& peteret,vt suas facere posset defensiones : tunc non videtur etiam audiendus,quia tortura super prioribus indiciis sufficie-
197 ter non purgatis repeti,seu continuari posit,& sibi † imputet reus, quare ante primam torturam copiam non petiit,vt dicit Marsi.in d. l.
617 vnius.§.cognitatũ.n.3.ff.de qõ. Quod † tamen intelligendum est pro ut infrà diximus in 5.casu in fin.n.206.
198 Quartus † casus est,quãdo tortura sufficienter illata fuit iuxta qualitatem iudiciorum,quæ sufficienter ita purgata dicuntur, vt supra diximus nu.133.sed ex nouis indicijs tortura repetenda esset,iuxta ea, quæ supra diximus nu.123.tunc si ante repetitionem horum indiciorum copia peteretur,& quidem reus audiendus,& à repetitione super sederi debet,quemadmodum audiendus erat(vt supra diximus in præcedenti casu)ante primam torturam:nulla enim esse videtur ratio differentiæ,quare magis copia processus dari debeat, quæ ante primam torturam petita esset,quàm ante hanc super nouis indiciis repetitio-
199 nem, quæ non continuatio, sed †. propriè repetitio dicitur, & ita noua tortura, postquàm reus iam super prioribus indicijs sufficienter tortus fuit, vt dicit Franc. Pegn. d. Schol. 54. colum.3.d.uersi.cæterum,vt hic locus.
200 Quintus † casus est,quando tortura illata est ex processu informatiuo ex præeminentia(vt in Regno Neapolitano) Magnæ Curiæ Vicariæ,de qua diximus in Method. process. inform.lib.5.c.2.nu.111.tunc
201 † tortura repetenda non est,quamuis indicia per primam torturam sufficienter purgata non essent.Et ita reus hoc in casu ante repetitionem audiendus erit,quod his potest suaderi rationibus.
¶ Nam primò talis præeminentia intelligenda est, & ita interpretan
202 da,vt quis vnica tantum vice torqueri possit, & sic † de primo torturæ actu tantum,per Tex.in l.fideicommissa.§. si quis decem.ff.de leg. 3.& in l.cum pater,§. pater certam.ff.de leg.2.cum simil. latissimè congestis per And.Tiraq.in l.boues.§.hoc sermone.ff.de verb.signif.Quod
203 † maximè procedit,cum ex præeminentia prædicta odium inducatur, vt quis inauditus torqueatur,non datis sibi prius defensionibus, quæ sunt de iure naturali,& ideo ipsius præeminẽtiæ dispositio ad primum actum restringi debet.c.non potest.§.1.de præben.in 6. & suffragantur bene not.per Bal.in l.diuortio §.quod in anno.ff.solu.matrim.
204 & in l.licet.q.4.C.locat. præsertim † cum agatur de graui præiudicio,quòd quis inauditus torqueatur : ad primam igitur vicem restringi debet, per optimè tradita per Ant. de Butr.consi.30.colum. 3. & est bonus Tex.in d. l. boues. §. hoc sermone. vbi post Alcia. Tiraq. limit.3.num.16.
205 Secundo, † cum hoc dictæ præeminentiæ priuilegium sit contra ius, vt quis inauditus torqueatur,d.l.vnius.§.cogniturum.ff. de quæstio.intelligi debet,vt minus,quàm fieri possit, ius commune lædat, & pari-
ter,

ter,vt minus ët læ dat ius alterius.ita Bal.in l.nō fin. C. de bonis quæ liber.& in l.si quis decurio.C.de falſ.c.quod delicto.& ibi Abb.de cōſangui.& affin.Franc.Curt.conſi.13.col.13.Quibus motus rationibus ita in terminis dictæ præeminentiæ magnæ Curiæ Vicariæ conſuluit Gram.conſi.64.nu.12.atque etiam votauit,vt vot.3.poſt.nume.41.in 9 limitat.& ſequitur Io.Ant.Hig.in conſti. ſi cum ſceleratis.n.50.
206 Quibus intelligimus,quod id,quod ſupra diximus in tertio caſu,intelligendum eſt,quando alias ad primum torturæ actum proceſſum fuit legitimato proceſſu,ſecundum quod docet Iul.Clar.d.q.45.verſi. cæterum ſi reus.& verſ.ſeq.Nam ſi ex proceſſu informatiuo ad torturam proceſſum fuerit,tortura repetenda non eſſet,rationibus,& authoritatibus prædictis. Quod ſi verum eſt ſtante dictæ præeminentiæ magnæ Curiæ Vicariæ priuilegio,quanto magis verum erit,ſi de facto nullo ſuffultus priuilegio,& authoritate,ex proceſſu informatiuo ad torturæ actum Iudex primum proceſſiſſet. Auth. multo magis. C. de ſacro.eccle.cum ſimil.& hoc eſſe videtur,quod poſt Barto.& Ang. Aret.quos alleg. dicit Carrer. in pract. crim. fol.94.numero 8. quod
207 †ſcilicet repetitio torturæ fieri debet poſt publicatas atteſtationes, & non ante publicationem proceſſus.

Sed in caſu,in quo ex proceſſu informatiuo procedi poteſt ad torturam,vt in Regno Neapolitano ex dicta præeminentia magnæ Curiæ Vicariæ,& de iure communi contra hominem malæ conditionis, & famæ,vt alios allegando tradit Gram.vot.3.nu.7.& 26.& conſ.cri. 17.nu.16.& ſeq.& conſ.34.col.fi.nec verum,nec tutum putat Simo.de Præt.conſ.104.nu.5.& ſeq.quod ſupra dicit Gram.conſ.crim.64.n.12. & d.vot.3.poſt nu.41.de tortura non repetenda,quando non eſt data copia indiciorum, ex proceſſu informatiuo ad torturam proceſſum eſt ex dicta præeminentia magnæ Curiæ Vicariæ:ſed eius eſt ſententiæ, quod poſtquā ex proceſſu informatiuo dicta præeminētia magnæ Curiæ Vicariæ, & ius commune concedunt poſſe deueniri ad quæſtiones,& tormenta contra frequentantes delicta, & homines malæ conditionis,& famæ,debent intelligi ſecundum terminos aliorum iuriū loquentium de quæſtio.arg.l.1.§.lex falcidia.ff.ad l.falcid.& ibi not. per Bar.& alios.& in l.2.C.de noxal.& in l.inſulam.de præſcrip.verb. vt quæſtiones iſto etiam caſu poſſint repeti,prout extant plura fortiora,& euidentiora indicia,& reus parum tormenta timere videtur.per tex.in l.vnius.§.1.& in l.repeti.ff.de qō.alias ſi famoſi delinquentes(ille ſubdit)qui ex proceſſu informatiuo torquentur,ſemel torti vrgentiſsimis indiciis adhuc exiſtentibus iterum torqueri non poſſent,melioris eſſent conditionis,quàm alii delinquentes non famoſi ex proceſſu ordinario torquendi,& repetendi ſecundum accidentiam indiciorum,per d.l.vnius.§.1.quod non eſt dicendum,arguendo ab abſurdo euitando,quia à communiter accidentibus euenit,quod ex proceſſu informatiuo clariora habentur indicia,& omnes probationes,quæ cōtra reum extare,& inueniri poſſunt,cui non ſit tantum uerendū,quod defen-

defensiones deficiant, quoniam etiam iudex est pro defensione rei, & de eius innocentia inquirere tenetur. l. si non defendantur. ff. de pœn. l. 1. §. fin. ff. de quæstio. pro quo quidem Iudice præsumendum est, quod in officio suo sit diligens, & id faciat, ad quod tenetur. l. 2. C. de offic. ciui. iudic. c. ad audientiam, §. nos uero. de præscrip. & l. 1. C. de suscep tor. & arch. lib. 10. & quando similibus famosis delinquentibus petẽtibus defensiones, eas Iudex non concederet, non male faceret, secundum Simo. de Præt. vbi supra num. 8. vbi maxime pro defensione quid certum releuans expresse non allegatur in promptu probandũ, & quod præsertim à tortura excusare possit, vbi videt reum tendere ad diffugiendam. & ad adumbrandum scelera sua, per ea, quæ in simil. ad ducit Abb. in c. nullus. ad fin. de præsumpt. & magis ad propositũ Alexan. consi. 65. col. pen. & fin. lib. 1. & Gram. consi. crim. 49. col. fin. & subiungit Simo. de Præt. d. loco. num. 9. quod dicta regula dictæ l. boues. §. hoc sermone. de verb. sign. qua Gram. innititur. de actibus vna prima vice intelligendis, non procedit in actibus fiendis ex dispositione legis, quia semper fieri, & repeti possunt, donec legis dispositio suum sortiatur effectum. l. hæc conditio. ff. de condit. & demonstrat. tradit Ias. in l. duobus, §. 1. col. fi. ff. de iureiur. & late Tiraq. in d. §. hoc sermone. in 9. limit donec igitur veritas habeatur, ex processu etiam informatiuo in casibus permissis potest moderate tortura inferri, & repeti, iuxta dispositionem d. l. repeti. & d. l. vnius. §. 1. & moderate dicitur inferri, dummodo Iudex tres vices non excedat, vt per Paul. de Castr. in cõsil. 299. in fin. lib. 2. & dicunt Doct. vt dicit Simo. de Præt. d. consil. 104. nu. 9. qui ita concludit etiam in repetitione torturæ ex processu informatiuo, quod maxime procederet, quando iura, & constitutiones, vel statuta concederent potestatem non seruãdi ordinem, & defensiones non admittendi, & quæstiones habendas esse, uel non, ipsarumque modum iudicis arbitrio relinquerent: neque enim tunc iudex redargui potest, si torturam repetierit, dummodo non vltra tres vices. ita etiã per Simo. de Præt. citato loco. post Paul. de Cast. dicto consil. 299. colum. fin. lib. 2.

208 Item † & illud commemorandum est pro arte eruendæ facilius veritatis per torturam, quod si plures torquendi essent rei pro eodẽ crimine, in primis sagacem Iudicem considerare oportet, à quo facilius veritatem eruere posit, & ab eo incipiet. l. 1. § 1. ff. de quæstio. & ita ex Beluis. Angel. Aret. Brun. Bar. Afflic. Mars. & aliis, quos alleg. colligit
209 Carrer. in pract. crim. fol. 88. num. 1. Et † regulariter ab eis incipien
210 dum est, qui magis suspecti sunt. At † si omnes æqualiter suspecti essent, si quidem masculus est, & fœmina, ab hac tanquam à timidiori incipiẽdũ est: sed si omnes sunt masculi, incipiẽdum est à minori, debiliori & timidiori. ita ordo iste colligitur ex tex. in d. l. vnius. in princi. ff. de quæstio. & ex præalleg. Doct. colligit Carrer. in pract. crim. fol. 88. num. 1. & Vmbert. Locat. in opere Inquisitor. in verb. tortura. num. 13. & latè etiam D. Alphons. prac. crim. cano. lib. 7. de tortura. cap. 9. conclusio.

clusio.vnica per totam. & ita ordo iste in tortura inferenda obseruatur, vt attestatur Marant. in suo Specu. in procem. num. 13. prout etiam refert Iul. Clar. lib. 5. sent. §. fin. q. 64. vers. quæro si plures. vbi etiã refert Caso. in pract. crim. fol. 82. qui dicit, quod assessores à debiliori incipere consueuerunt. & tradit etiam Ant. Scap. lib. 5. iur. non scripti. c. 108. per totum. vbi quoad fœminam dicit, quod ipse reperiit mulieres magis obstinatas, & aptiores ad sustinendam torturam, quã viros, & reddit rationem, quam dicit à medicis habuisse, & ideo potius blandis verbis. quàm tortura induci ad cõfitendum, vt ibi per eum, qui laudat cautelam, quam ponit Paris de Put. in trac. de syndi. in verb. torturas c. 7. ad inducendas mulieres ad confitẽdum, quæ improbari potest, vt ab honestate aliena, & ex aliis, quæ supra diximus lib 3. cap. 1. nu. 23. & ego expertus sum magis terrore, quàm tortura ipsa induci ad confitendum.

211 Et † hinc dixit Bosl. in tract. caus. crim. tit. de homic. quod torqueri possunt omnes, sed suspectus in primis, quando tot sunt vulnera occiso illata, quot sunt qui interuenerunt.

212 Et † magis suspectus erit in proposito, qui solitus est talia committere, & qui est malæ vitæ, conditionis, & famæ, Saly. in l. fin. C. de quæst. Marsil. in pract. crimi. §. expedita. & sing. 218 alios alleg. Carrer. prac. cri. d. fol. 88. n. 4. D. Alphons. d. 1. concl. c. 9. lib. 1. de torr.

213 Item † & qui malum, & turpe nomen habet, seu physionomiã, vt per eundem Carrer. post alios, quos alleg. d. fol. 88. num. 3. D. Alphons. in dicto loco.

214 Item † & qui primo cadauer occisi reperierit secundum Carrer. post Parid. de Put. quem refert d. fol. 88. n. 5.

215 Et † si pater, & filius pro eodem delicto torquendi essent, primũ torqueri debet filius in conspectu patris, quo pater ipse citius uerum profiteatur, vt qui magis timeat de filio, quàm de seipso, per l. isti quidem §. vlt. ff. quot met. caus. cuius Tex. auctoritate subnixus ita monet Gãd. tract. Malef. tit. de quæstio. & tormen. col. 2. uersic. nunc videndum est. Guid. Suzzar. in tract. de tormen. col. 3. vers. quo ordine, & eisdem quidem verbis, vt hinc posis intelligere, alterũ ab altero desumpsisse. idẽ quoq; voluit Boni. Vital. in tract. malefi. tit. qualiter fit fien. tort. Ang. Aret. in tract. malefic. in verb. fama publica. col. 3. versi. quid si torquẽdus. Marsi. in l. 1. in princ. col. pen. ff. de quæstio. & in l. 1. §. inauditum. col. 2. versic. item adeo sunt vera. ff. de sicar. alios recenset Carrer. in pract. crim. d. fol. 88. num. 2. quos etiam refert, & sequitur Tiraq. in l. si vnqnam. in prætatio. post num. 7. Maran. in suo Specu. in procem. num. 14. Vmbert. Locat. vbi supra. & facit quod supra diximus capit. 1. nu. 48. lib. 2.

216 Et † si liberi essent, & serui, à seruis incipiẽdum esset, vt per Carrer.

217 d. fol. 88. n. 5. qui † ita intelligit l. si prius. ff. ad Syllan.

218 Item † & illud addendum est, quo monitos velim Iudices tirones, quòd reperiuntur nonnulli rei, qui deferunt maleficia, vt non sentiant se-

sæuitiam tormentorum,nec putent hæc prorsus vana esse. Nã & Paul. Ghirlan.causarum criminalium acer quondam Iudex in tract. de quæstio.& tort.q.4.n.13.& seq.refert,se expertum hæc esse, idem testatur sibj contigisse Mars.in prac.crim.§.nunc videndum.post.nu.52. prout nec uana hæc esse putant Eymeric.in Direct·Inquisit.par.3. tit. de tertio modo terminandi processum in causa fidei per tormenta.fol.314. & Franc.Pegn.in annot.ibi ad eum.Schol.53.Boss.in tract.caus.crimi. tit.de Tortura.num.40.Par.de Put.de Synd.in verb.tortura. el 3. cap. 1.& Io.Mille in pract.crim.fol,132.n.44.

219 Solent † autem magna ex parte,vt asserunt.& experti sunt præcitati Doct.huiusmodi malefici vti verbis,& orationibus sumptis ex Psalmis Dauidicis,uel ex aliis sacræ Scripturæ locis, quæ miris interdum modis , & superstitionibus describunt in chartis membraneis puris, quas ipsi chartas virgines vocant,intermixtis quandoque incognitis Angelorum nominibus.qualia dicit Franc.Pegn. loco citato vidisse à quodam uili homine dum ad carcerem duceretur,abstracta,in quibus inusitati quidam erant circuli,characteres,& figuræ prorsus admirandæ,& valde superstitiosæ.Hæc omnia interdum in aliqua secreta corporis parte recondunt,ut cum torturæ admouentur,fiant quasi insensibiles:interdum verò solo verbo proferunt quædam voce submissa,ita vt proculdubio quandoque contingãt, quæ in d.locis commemorant præcitati Doctores.

220 Aduersus† has fraudes,& incantamenta,quæ remedia opem ferant, expertus fuit Mars.vt ipse dicit in d. §. nunc uidendum. post d.nu.52. alii de uirtute remediorum hominũ nihil certi attestari possunt, quia nunquam experti sunt, nec per alium experiri viderũt,ut de seipso dicit Paul.Ghirlan.d.q.4.nu.16.& Fran.Pegn.d.Schol.53.uers. Aduersus has fraudes.neque ego unquam expertus sum remedia hæc,& incantamenta aduersus has fraudes,& maleficia : sunt enim prohibita tã hæc vt rei fateantur,quam illa vt taceant.vt dicit Boss.in d.tit.de tortura.

221 nu.41.nullo enim pacto licet unum maleficium per aliud maleficiũ dissoluere secundum communem sententiam Theologorum lib.4. sẽt. dist.34.vbi S.Thom.q.1.art.3.Io.Maior.q.2.Syluestr.in summ.in verb. maleficium.q.8.Alphons.à Castr.de iusta hæreti.punit.lib.1.capit.15. Franc.Pegn.qui hanc dicit esse communem sententiam Theologorũ, in addit.ad Ambros.de Vignate in tract.de hæretic.q.12.art.1.post.n. 115.vers.postremo sciendum est.non sunt enim facienda mala , ut inde eueniãt bona,vt per eos.ex quibus refellitur uerissime decisio.text. in l.eorum.C.de malefic.& mathemat.Bar.& aliorum interpretum iuris ciuilis ibidem.& alibi,vt in locis alleg.per D.Bernardinũ Alph. in suis collectan.ad d.l.eorum.nu.702.qui & cum illis transit.& Bald. in l.1.C.eo.tit.asserentium,licèt uti maleficiis ad alia maleficia auertenda. & ita in eos animaduertit Franc.Pegn. in d. addit.ad Ambros. de Vignate. qui etiam dicit præcitatam l. eorum.C.de malefic. & mathematic.velut iniquam iam olim iusto iudicio condemnasse Leonẽ Imperatorem

perátorem cognomento philosophum per constitutionem quandam quandam Græco sermone conscriptam, quam nũc Latinam habemus, estque inter huius Imperatoris constitutiones nu. 65. cuius initiũ est. Qui propter temulentorum. &c. circa quam l. eorum. & materiam huiusmodi uide late tradita per Camil. Gallin. de verb. sign. lib. 1. cap. 15. & 16. qui adduci nunquam non potuit, ut consentiret iis, qui hanc notam inusserunt iuri Cæsareo, ut permitteret maleficia, & abominabiles incantationes ad bonum, præsertim cum d. l. eorum cõstitutio fuerit Constantini Imperatoris, qui fuit Christianus, & de Ecclesia Dei benemeritus. vt ibi per eum, n. 12. Idem R.P. Cæsar Baron. pietate, & eruditione insignis in Annalib. Ecclesiastic. ann. 321. tom. 3. vbi ex antiqua Cod. Theodos. interpretatione intelligit illud Cõstantini rescriptum simpliciter aduersus Mathematicos: fuisseq́, tunc Cõstantinum non superstitioni Gentilium adhuc addictum, ut Zosimus falsò calumniatur, sed Christiania religione imbutum.

222 Iuuabit † fortassis his vti remediis, quæ licita sunt omissis incantationibus, & maleficiis, quæ prohibita sunt. Primo considerare, an defectus aliquis adsit ex latere interrogantis, qui in interrogãdo non omnẽ adhibuit diligẽtiã, quæ ita adhibenda est. ita animaduertit Boss. in d. tit. de tortura. n. 39.

Secundo, mutare tormenta, vt eo Iudex vtatur, quod aptius videbitur. ita apmonet Mars. in d. §. nunc uidendum. post d. nu. 52. Par. de Pu. de Synd. in verb. tortnra. el 3. c. 1. Boss. in d. tit. de tortura nu. 39. qui tamen admonet etiam iudicem, ne propterea utatur insolito instrumẽto, ex quo si mors sequeretur, Iudex faceret litem suam. vt ibi per eum.

Tertio, mutare etiam carcerem fortassis iuuabit, non permittendo, quod reus ex illo carcere aliquid secum deferat, & exportet, quod ibi habebat. ita etiam Marsil. in dicto §. nunc videndum. post d. num. 52.

Quarto, cunctas uestes & indusium detrahere, quibus sæpe has figuras, scriptas & incantationes occultant. Mars. in d. §. nunc videndum, post d. nu. 52. Mille. in prac. crim. fol. 132. n. 44. Par. de Put. de syndic. in d. verb. tortura. el 3. c. 1. Franc. Pegn. d. Schol. 53. col. fi. Ant. Scap. lib. 5. de iure non scripto. cap. 120. nu. 6. Siluestr. Prier. de strigimagis lib. 3. c. 3. in 11. puncto. fol. 238. vbi etiam admonet, quod maleficium taciturnitatis interdum etiam celant in locis secretissimis corporis nõ scribendis, nec nominandis. immo interdum inter carnem, & cutim, quale dicit repertum fuisse apud quosdam hæreticos, qui eo amoto statim incendio perierunt, cum antea illæsi in igne manerent.

Quinto, capillos capitis, & corporis eorundem abradi facere, quibus abrasis rei interdum fatentur, vt dicit Io. Mille. in pract. cri. d. fol. 132. n. 44. Par. de Pute. in d. verb. tort. el 3. c. 1. Ant. Scap. d. c. 120. lib. 5. iuris non scripti. n. 6. Syluester Prier. de strigimagis. lib. 3. d. c. 3. in 11. puncto. fol. 238.

Sextò, non permittere, quod aliquis quicquam deferat ad comedendum, sed de suo custos carceris illũ alat, vel benè inspiciat Iudex, aut custodem carceris admoneat, vt benè inspiciat quid ad comedendum reis deferatur, ne placenta cum lacte matris, & filiæ, vel quid aliud maleficii detur. ita admonet Marsil. in d. §. nunc videndũ post d. num. 52.

Septimò, non etiam permittere reis, quando ligantur, vt submissa voce, vel aliàs tacite ex se loquantur, ne aliquid maleficii dicãt, quod facilè obtinebit, si continuè dum ligantur, eos interrogabit, & illi respondebunt. ita enim interrumpuntur eorum verba, quæ summissa uoce dicerent, vt quid maleficij dicere non possint. ita etiam Marsi. admonet in d. loco.

Octauò, quoad strigimagas aduersus earum maleficia ea etiam remedia opem ferunt, quæ docet Syluester Prier. d. cap. 3. lib. 3. de Strigimagis in d. 11. puncto. fol. 138. vt apud eum videre poteris. Nunc ergo de formula constituendi reos ad torturæ locum.

SVMMARIVM.

1 *Formula constituendi reos criminis ad torturæ locum* Iac. *Nouell.*
2 *Forma decreti fune torquendi* Iac. *Nouel.*
3 *Forma constituendi reos criminis secundum* Io. *Mille. in tormento per aquæ infusionem ori reorum.*
4 *Formula constituendi reos criminis ad torturæ locum Auctoris.*
5 *Forma decreti fune torquendi Auctoris.*
6 *Formula tormenti ignis.*
7 *Formula tormenti vigiliæ,*
8 *Tormenti genus, quod vulgo dicunt la capra, quale sit.*
9 *Formula tormenti taxillorum.*
10 *Formula cædendi ferula pueros, qui aliter ob ætatem torqueri non possunt.*
11 *Formula constituendi bannitos ad torturæ locum remissiuè.*
12 *Formula annotandi accidentia, quæ in persona rei in tortura contingunt.*
13 *Socius criminis non probat contra nominatum ab eo, si cum iuramento, & in tortura non confirmat dictum suum.*
14 *Formula constituendi reum ad torturæ locum in caput alterius.*
15 *Reus torquetur pro habenda præcisa responsione.*
16 *Formula constituendi reos ad torturæ locum pro habenda præcisa responsione.*
17 *Formula ratificationis confessionis per torturam extortæ. & post nu. 23.*
18 *Ratificatio confessionis spontaneæ sine tortura necessaria non est.*
19 *Confessio an & quando dici possit spontanea, licet per torturã extorta fuerit, & an notarius citra falsitatem possit scribere reũ in tortura confessum ratificando sponte confessum esse. & nu. seq.*
21 *Confessio per torturã extorta, an licet spontanea non sit, possit tamen dici uoluntaria.*
22 *Voluntas coacta uoluntas est.*

23 *Sponte verbum, & voluntariè, quomodo differant.*
24 *Confesso, seu ratificanti confessionem factam in tortura datur terminus ad faciendum defensiones, etiam non petitus, vt nu, 28.*
25 *Reus multa deducere potest contra propriam confessionem, præsertim in tormentis factam.*
26 *Reus potest suam confessionem etiàm post ratificationem reuocare, & si probat errorem, absoluendus est.*
27 *Reus potest condemnari ex sua confessione, quamuis reuocata, si non probauerit errorem. & nu. 29.*
28 *Terminus ad faciendum defensiones etiam non petitus debet dari reo confesso, seu confessionem ratificanti.*
29 *Clausula, habitis testibus pro ritè examinatis, non est necessaria in decreto defensionis, quæ datur reo confesso.*
30 *Clausula, seu protestatio, quæ fit à nonnullis iudicibus in decreto defensionis, scilicet absque præiudicio vlterioris processus, & examinis, uel non est necessaria, uel superflua est.*
31 *Testes post dicta testificata in causis criminalibus examinari possunt ad offensam, quando proceditur per inquisitionem ex mero Iudicis officio.*
32 *Etiam quod interueniat Procurator fiscalis, & quando. ibid.*
Procurator fisci licet interueniat in inquisitione, perinde tamẽ est, ac si proce datur ex mero Iudicis officio. ibi.
33 *Testes post dicta testificata in causis criminalibus ad offensam quando proceditur per accusationem, examinari non possunt.*
Item quando proceditur per inquisitionem aliquo promouente, etiam quod esset Procurator fisci, non tamen ex officio per Iudicem deputatus, & qui se obtulit. ibidem.

De Formula constituendi Reos criminis ad tortura locum: Cap. II.

1 F ORMA † autem iuxta prædicta constituendi reos criminis ad torturæ locũ, & decreti ipsius torturæ, quod fieri solet, ne detur materia appellandi, est huiusmodi, secundùm Iac. Nouell. qui eam in modo fune torquendi ad exemplum ita ad verbum ponit in sua prac. crim. fol. 39. videlicet.

Eductus ex carceribus Titius ante scriptus, & conductus ad præsentiam Magnifici, & Clarissimi D. Potestatis, & Capitanei Taruisij, & suorum Assessorum ad locum torturæ & interrogatus, si deliberauerit melius dicere veritatem, quàm dixerit in præcedenti eius constituto. Respondit. Interrogatus, quomodo successit casus mortis Sẽpronij. Respondit. Interrogatus, quamdiu est, quod non fuit in Villa Pontiani. Respondit. Interrogatus, cum quibus socijs ibi accessit, & quot erant numero. Respondit. Interrogatus de armis, quibus

erant

erant armati,& maximè quando ipse Constitutus accessit ad Villam. Respondit. Interrogatus, vnde habuit prædicta arma. Respondit. Interrogatus, de ordine sc insimul coadunandi, & in quo loco datus fuit ordo.Respondit. Interrogatus, si vnquam cum aliquo, seu aliquibus fuit locutus de male tractando d. Sempronium. Respondit. Interrogatus,in quo loco se reperiebat ipse C. tempore,quo vulnera illata fuerunt d.q.Sempronio. Respondit. Interrogatus, si eo die secuti casus mortis.q.Sempronii obuiam habuit Sempronium. Respondit. Interrogatus, si cum eo locutus fuit,& quibus præsentibus. Respondit, Interrogatus,de ordine posito maletractandi præfatum q.Semproniũ. Respondit. Et cum sua Magnificentia videret ipsum C.dare verba, & nolle veritatem fateri,iussit ipsum ad funem duci,spoliari,& ligari,& dum ligaretur,& antequàm eleuaretur, fuit pluries interrrogatus,ob quam causam fuit q.Sempronius interfectus, & de ordine & tractatu posito de eum male tractando. Respondit. Et cum constanter nollet veritatem fateri,iussit ipsum eleuari,& ad signum caballettæ poni,qui positus fuit interrogatus de veritate dicenda, quis interfecit Sempronium. Respondit. Interrogatus, quæ arma habebat ipse Constitutus. Respondit. Et cum verba daret,& nollet veritatem fateri,data fuit sibi cabaletta,qua data,fuit iterum eleuatus,& ad signum positus.Inter rogatus,vbi stetit illa nocte, in qua successit casus mortis q.Sempronii. Respondit. Interrogatus,in quo loco,seu cum quibus dormiuit in dicta nocte. Respondit. Interrogatus, si ante casum mortis secutæ obuiam habuit d.q.Sempronium. Respondit. Et ei dicto. Che parole ragionasti insieme. Respondit. Interrogatus, qui aderant eo tunc. Respondit. Et cum nollet ueritatem fateri,datus fuit,quassus, quo dato, cœpit clamare dicendo, ò Dio, ò nostra Donna, che volete uoi ch'io dica, & iterũ fuit eleuatus. Interrogatus, quis interfecit Semproniũ. Respondit. Interrogatus de ordine,& tractatu ipsum interficiendi.Respondit. Interrogatus, in quo loco datus,& positus fuit ordo,& cũ quibus personis. Respondit. Et ei dicto, Con che persone hai ragionato di questo caso. Respondit. Interrogatus, ad quem finem,& effectum se contulit ad villam Pontiani. Respondit. Interrogatus, à quo tempore citra non fuit in d.villa. Respondit. Et cũ nollet veritatem fateri, datus fuit quassus,quo dato,cœpit clamare,dicendo ò Dio,ò nostra Dõna,che volete voi ch'io dica.

Et cũ per satis bonum spatium stetisset appensus,& sua Magnificentia uideret,nil aliud ab eo haberi posse,iussit eum planimodè deponi, dissolui,& reponi ad locum suum animo.&c. Hactenus Iacob Nou.

3 Formula † autem constituendi reos criminis ad torturæ locum secundum Io. Mille. in pract. crim. fol. 130.& 133.qui ponit torquendi modum per aquæ ori reorum infusionem, de quo per Brun. & alios, qui genera ponunt tormentorum in locis supra alleg.cap. 10.num. 3. hæc est.

Die

Die 10. Mensis, &c.

Ferdinādus Parasitus iunior alter ex famulis memorati Anippi à carcere in Conclaue Concilii accitus, & exacto iureiurando rogatus à me præposito,&c. de uero dicendo, & reuelando homicidio in defunctos Crassum, Plutum, Xenium perpetrato. Dixit non interfuisse, propterea nescire se, qui patrauerit tale homicidium. Tunc deductus est à tortoribus in locum quæstionis, ut torqueretur, ibique exutus omnibus uestimentis, supponitur quæstioni, prius tamen adhortatus ad uerum dicendum. Dixit non alia, quàm quæ iam coram me confessus est, scire. Hoc dicto, venerabili signo Sanctæ Crucis se meo iussu munit, orans in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amē. Deo omnipotenti, Beatæ Mariæ Virgini, & omnibus Sanctis eius se cōmendando. Tunc manibus, ac pedibus funi alligatus, à tortoribus, ac tonsus in aere supinus ad pedes supponitur paruus tripus, quo magis extenderetur, deinde compresso tortinaso eius ori ahenum primum aqua infundit alter ex tortoribus, vtrunq; ab accusando extorquere admittitur, sed ille nihil confitetur. Similiter infuso secundò, tertiò, quartò aquæ aheno, ille confitetur nihil. Deinceps interrogatur, nū sæpe dictæ Crassi, Pluti, Xenii cædi interfuisset, num illam commisisset, num opem præstitisset, & à quo commissa. Dixit cædi præsentem non fuisse, Deus obtestans immortales. Infuso quintò, sextò aheno, idem omnia negat. An Aegidius Gnato, alter Anippi famulus adfuerit, suppetias tulerit, homicidiumq; patrauerit. Dixit nescire, credere tamen illum relicto communi hero Anippo in Vico Sancti Honorati die, & hora homicidii recta domum in diuersorium Balistæ ad sternendos lectulos, & digerenda singula præcurrisse. Substituitur funi tripus alter maior, quo plus extenderetur miser, qui vehementer excl amans hei, hoi. cædi adfuisse, ensémque strinxisse abnegauit. Infusum est ori eius septimum aquæ ahenum, quem ferè euomuit sanguine mixtum. Rogatus, an dicta die cædi semper maximè post cœnam vsque ad lectum hero adstiterit? Dixit adstitisse, nec reliquisse, quemadmodum antea confessus erat. Soluitur miser à tormentis, & locis manibus, iuncturisque bracchiorum compositis, sublatus est in aliud cubiculum ad focum lucentem, ubi lecto ad terram strato positus, & rogatus perseuerat in sua nouissima confessione.

Die sequenti mane.

Eductus item Parasitus à carcere in diem dicta conclaue. & delato sacramento à me interrogatus de integro perstitit in sua confessione ibi coram recitata addens, aut detrahens nihil.

Die dicta.

Aegidius Gnato alter Anippi famulus euocatus à me præposito è carcere in locum, vbi flagitiosi torquentur, ac commonefactus, nisi uerū palam fateretur, decretam ei esse quæstionem. Dixit ueritatem se non tacitum, sed aliud scire, quàm quòd paulò ante rogatus nobilis locutus fuerat. Tum assumptus est à tortoribus, & ab eisdem

exutus,

exutus, positusque super lapide a pariete præeminenti, nostro iussu signum Crucis in frõte pollice pingit, & precatur in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen: deinde singulis pedibus.ac manibus funiculo ferreis anulis trahitur, subiiciturq; ad pedes paruus tripus, quo magis distrahatur, ac sollicitatur sacrosancte de vero fatendo. Is vociferans. Iesus maior, vos(inquit)me interimitis: sum ego Clericus, & sacris initiatus, peto ad meum Iudicem Ecclesiasticum remitti. Deinde superposito faciei strophiolo vdo alter tortorum compresso tortina so primum aquæ ahenum ori infudit, quam eructãdo miser finxit loqui velle, is lassato naso, receptoq; anhelitu in hæc verba erupit, ah morior, mortuus suum, ego vitam exhalo. Adhortatus itaque, nequid veri reticeret, eademque, cuius reus esset, agnosceret. Dixit, morior ego potius, quam tanta tormẽta. Secundò ingesta est ori eius secundi aheni aquæ presfis naribus. quam aquam reuomuit quantum potuit, nihil confessus. Infusa est adhuc tertii aheni aqua, modo, quo memoratum est, totum se commouit tortus. Rogatus quis homicidiũ commisisset, committentiue suppetias tulisset. Nihil voluit responde re. Subiectus est per eosdem tortores magnus tripus tenso funiculo, vt corpus magis tenderetur, & miser grauius torqueretur. Hei hei, cõfiteor(inquit)heũ quantam vim patior, sciuisse me decet nunc mori inconfessum, vis falsum tormentorum vi à me extorquere? o maledicti tortores, estis ne carnifices, aut iis crudeliores, qui me tam grauio ribus, tam atrocibus excruciatis suppliciis? ò Deus erue me à circun dantibus. Infusa est quarti aheni aqua, vt supra, iam venter aqua intumescebat, eiusq; partẽ aliquam euomuerat, nec quicquam promere voluit: denuo quintò, sextò aquæ ahenum exhausit, diffitens omnia. Solutus præterea, & remotus est à quæstione, distorta mẽbra composi ta, ac sublatus per d. tortores super stratum ad focum, denique ad positum panis, & vini ientaculum.

4 Forma † autem constituendi reos criminis ad torturæ locum, quam sub alio, & pleniori dictandi stylo seruamus, & qua vniuersam practicam supra in superiori cap. enarratam comprehendimus, retẽto eo dem Themate Iacob. Nouell. de quo supra, ad exemplum est huiusmo di, videlicet.

Die 5. Maij. 1587.

Constitutus personaliter coram Magnifico, & Excellen. D. N. Illust. & Reuerend. D. Gubernatoris Ciuitatis Vrbisueteris Locumtenente generali, meque Notario, &c. Titius q Sẽpronij, de quo supra, vti prin cipalis in se, & testis in alios, qui, delato eidem iuramento de veritate dicenda, prout iurauit manu tactis scripturis, &c. ad opportunas D. interrogationes dixit, & respondit, prout infra videlicet, & primo interrogatus, si cogitauerit, & adhuc se disposuerit, & deliberauerit me lius dicere ueritatem, quàm hactenus dixerit, super his, de quibus iã fuit interrogatus in præcedentibus eius examinibus, & constitutis.

Re-

Respondit, io ce ho pensato,& son disposto,& resoluto dire la verità, come ho fatto per il passato ne gl'altri miei esamini,nelli quali ho detto la verità,& non posso dir altro. Iterum rogatus,quomodo adhuc velit in eius pertinacia persistere, & audeat dicere, veritatem dixisse, cum non semel,sed pluries in mendacio repertus fuerit, & non leuia cõtra ipsum vrgeãt indicia,& propterea recedat ab eius pertinacia, & ingenuè veritatem fateatur super his,de quibus fuit hactenus interrogatus. Respondit,Signor, ho già detto la uerità,& vi dico liberamẽte,che non posso dir altro,che quello,ch'ho detto.Interrogatus,& monitus,vt se disponat ad dicendum veritatem,quam modo aliquo nega, re non potest tot vrgentibus contra ipsum indiciis,& ideo dicat ingenuè quomodo successerit casus mortis q.Sempronii. Respondit,io nõ sò altrimenti,come il caso della morte di Sempronio sia passato, perche io non mi ci son trouato. Interrogatus, an saltem dici audiuerit, quomodo,& qualiter successit casus mortis d. q.Sempronii, & dicat à quo seu à quibus,quo tempore,& in quo loco Respondit, io non ho mãco inteso dire,come sia successo il caso della morte di Sempronio. Interrogatus,quomodo ergo sciuit, & notitiam habuit d. Semproniũ fuisse interfectum. Respondit,io u'ho già detto Signore ch'io seppi la morte di detto Sempronio,perche mi fù detto da Lucio di Titio, come ho detto nell'altro mio esamine.Interrogatus,& monitus,vt dicat veritatem,an aliter etiam,& quomodo,& qualiter sciuit, & notitiam habuit d.Sempronium fuisse interfectum,benè cogitans, quod Curia est de omnibus bene informata. Respondit, io in verità Signore non ho saputo la morte di Sempronio, se non come ho già detto à V. S. & se l'hauessi saputa altrimenti,io lo direi liberamente; perche à me nõ importa cosa alcuna. Interrogatus, quandiù est, quòd ipse Constitutus fuit in Villa Pontiani. Respondit, Io ci fui in detta villa li 25. del mese passato,che l'ho pur detto à V.S. altre volte. Interrogatus, an solus,vel associatus contulerit se dicto tempore ad dictam villam. Respondit,io ce andai accompagnato, & non ce andai altrimenti solo. Interrogatus,vt exprimat illorum nomina,cognomina,& patriã, qui cum ipso accesserunt dicto tempore ad dictam villam Pontiani. Respondit, Vi venne meco in quel tempo N.N.N. alla detta villa. Interrogatus, vt dicat veritatem, an vltra prædictos aliquis alius se contulerit ad d.villam cum ipso Constituto dicto tempore. Respondit. Per dire il vero à V.Sig. N. ancora ci venne con esso me,& li sopranominati alla d.villa. Interrogatus,si etiam d. N. se contulit cum ipso C. & aliis prænominatis suis sociis ad d.villam,dicat,quare supra, & in aliis eius constitutis solum dixit de N. N. N. Respondit, Io non ho detto prima di N. ma solo di N.N.N. perche non me ne ricordauo.Et dicente Domino,quòd hoc nullo modo verisimile est, quia cum recordatus fuerit,quod dicti N.N.N. se contulerunt cum ipso C. ad villam, ita etiam uerisimile est,quòd memoria teneret,quòd ipsum etiam associauit ad d.locum N. cum præsertim attenta qualitate dict. N. &

aliorum prædictorum nulla posſit asſignari rationabilis cauſa, quare magis recordatus fuerit dictorum N.N.N. quàm dict. N. fateatur igitur veritatem, quare pro eius ſociis ad d. locum propalauit ſolum dictos N.N.N. & non d.N. Reſpondit, io nõ sò che dir altro, ſe non che non me ne ricórdauo, che hora m'è ſouuenuto di detto. N Interrogatus quomodo ad eius memoriam reduxerit, quòd etiam dict. N. fuit in eius ſocietate, quando cum aliis prædictis ſe contulit d. tempore ad villam. Reſpondit, mi è ſouuenuto di d. N. doppo che V. S. nell'vltimo eſamine mi fece molta inſtanza di ſapere, chi era venuto meco in quel tempo alla detta villa: ci ho penſato ſopra, & coſi m'è ſouuenuto anco d. N. Interrogatus, an d. N. vnquam aliis vicibus ſe contulit cũ d. C. ad villam prædictam. Reſpondit, Signor nò, che detto N. mai ci è venuto più con eſſo me alla detta villa. Interrogatus, an armati, vel inermes ſe contulerint ipſe C. & prædicti eius ſocii d. tempore ad rdictam Villam. Reſpondit, Erauamo armati tutti noi, quando in d. tempo andãmo alla detta villa. Interrogatus, vt exprimat, quo quilibet ipſorum armorum genere eſſent armati, quando ſe contulerunt ad d. villam. Reſpondit, Haueuamo tutti vn'archibugio à ruota di giuſta meſura per vno, & non altr'arme. Interrogatus, vt dicat veritatem, vnde habuerunt dicta arma tum ipſe Conſtitut. tum alii prædicti eius ſocii. Reſpondit, Li detti Archibugi erano noſtri, & ogn'vno di noi pigliò il ſuo di caſa ſua. Interrogatus, quare ita armati ſe contulerunt ad dict. villam dicto tempore. Reſpondit, Noi ſiamo ſoldati, & ſiamo ſoliti portar l'arme, & particolarmente l'archibugi, quãdo andiamo fuori della città, & masſime in queſti tempi, che per tutto pratticano banditi. Interrogatus, quare ita inſimul ſe contulerunt dicto tempore ad d. villam. Reſpõdit, Noi, come io ho detto altre volte à V.S. andammo à ſpaſſo, come era noſtro ſolito d'andarci. Et dicente domino, quod d. N. nunquam amplius ſe contulerat cum ipſo C. ad d. villam, vt ſupra dixit, ideo dicat veritatem, quare d. N. ita d. tempore aſſociauit ipſum C. ad d. locum. Reſpondit, Vẽne anco detto N. à ſpaſſo con eſſo noi. Interrogatus, quomodo & qualiter ita inſimul ſe coadunauerint. Reſpondit, Io hò già detto à Vig. S. altre volte, che ci ragunammo in caſa mia, doue vennero li detti N. N. N. N. per andare inſieme à ſpaſſo alla detta villa. Interrogatus, an ergo datus fuerat aliquis ordo, ſe ita inſimul coadunandi, quo tempore, & in quo loco. Reſpondit, La ſera innanzi haueuamo ragionato inſieme di volere andare a ſpaſſo alla detta villa, & reſtammo d'accordo, che veniſſero à caſa mia, che è più vicina alla porta, & de lì ce ne ſarẽmo andati in detto luogo. Interrogatus, an ita pluries ſe coadunauerint ipſe C. & alii prædicti, quot vicibus, in quo, ſeu quibus locis, & qua occaſione. Reſpondit, Signornò, che non ſiamo ſtati coſi inſieme altre volte in caſa mia, come queſta volta. Interrogatus, quando aliis vicibus inſimul ſe contulerunt ipſe C. & prædicti N. N. N. prout inſimul ſe contuliſſe ad d. villam ſupra dixit, dicat, an inſimul ſe ita coadunaue-

rint in domo ipsius constituti. Respondit, Signor nò, che non ci siamo ragunati in casa mia l'altre volte, che siamo andati à spasso insieme alla detta villa, che siamo andati ogn'vno alla porta, doue ci siamo incontrati. Interrogatus, quare ergo dicta vice ita insimul se coadunauerunt in domo ipsius C. antequàm se contulerint ad d. villam. Respondit, Che sò io perche ci siamo cosi ragunati in casa mia, prima che andassimo alla detta villa; mi venne detto cosi à loro la sera innanzi che uenissero à casa mia, che saremmo andati insieme alla detta villa, & cosi ci vennero. Interrogatus, per quantum temporis spatiũ ita insimul steterint in domo ipsius C. priusquam se contulerint ad dictã villam. Respondit, Ci potemmo stare circa vn quarto d'hora, quanto facemmo collatione già che costoro si trouauano in casa, se bene era à buon'hora, douendo andare cosi fuori à piede. Interrogatus, & monitus, vt dicat veritatem, quos sermones verè habuerunt ipse C. & alij prædicti id d. eius domo per d. tempus. Respondit, Noi in uero nõ ragionammo di cosa alcuna, come altre volte ho detto, facemmo collatione, & ciarlauamo cosi tra noi, come si fa tra li compagni. Interrogatus, & adhuc monitus, vt recedat à mendacijs, & fateatur ingenue veritatem, & dicat, an aliquos habuerint sermones de d. Sempronio, & ita illos pro veritate recenseat. Respondit, La uerità è questa, che tra noi non fu altrimenti ragionato di detto Sempronio in conto alcuno. Et ei dicto, quomodo adhuc uelit persistere in huiusmodi mẽdacio, cum non desint testes contrarium deponentes, & qui iam in eius faciem contrarium deposuerunt, ideo dicat veritatem de d. sermonibus de d. Sempronio habitis. & an etiã ita insimul locuti tractauerint de male eum tractando, & quomodo, & qualiter intendebant illũ male tractare. Respondit, Signor nò, che noi non hauemmo tal ragionamẽto di detto Sempronio, & questo non si trouerà mai con verità. Interrogatus, an saltem cum aliis ipse Cõstitutus locutus fuerit de male tractando d. Sempronium, & cum quo, seu quibus, quo tempore, & in quo loco. Respondit, Nè meno cõ alcun'altro ho hauuto simil ragionamẽto di trattar male detto Sempronio, & cerchi pur V. Sig. quanto vole, che per la verità non lo trouerà mai. Interrogatus, si eo die secuti casus mortis d. Sempronii obuiam habuit d. Sẽpronium, & dicat in quo loco, & qua hora. Respondit, io lo veddi sù alla detta villa di Pontiano doppo che io, & li miei compagni ci andammo in quel giorno, & lo viddi nella villa proprio, che poteua essere su l'hora di vespero. Interrogatus, si cum d. Sempronio locutus fuit, & quibus præsentibus d. tempore. Respondit, Signor nò, che io non gli parlai altrimenti, che non haueuo occasione di dirli cosa alcuna. Interrogatus, quid fecit, & ad quem locum se contulit d. Sempronius, postquam ita illum vidit in d. loco, & d. hora. Respondit, io non sò quel che detto Sempronio se facesse, ne doue egli s'andasse doppo che io lo veddi, come ho detto di sopra. Interrogatus, an saltem aliquis ex d. eius sociis sciat, & notitiam habeat, quo iuerit d. Sempronius postquàm illum vidit, ut supra. Re-

spondit, Io non sò Signore, se alcuno delli miei compagni sapesse doue s'andasse detto Sépronio doppo che noi lo vedemmo (come ho detto di sopra) che tutti erauamo insieme in quel tempo, & nô si ragionò di lui, ne in quel tempo, ne doppo. Interrogatus, quid ipse C. & d. eius socii fecerint, & an ex d. villa discesserint, & quo iuerunt postquam viderunt d. Sempronium d. hora, & in d. loco. Respondit, Non facemmo cosa alcuna, & ne stemmo li per la villa à spasso, di doue per quel giorno non uscimmo altrimenti. Interrogatus, & monitus quod bene aduertat, ne implicet se in mendaciis, & bene cogitet, quod curia est de omnibus bene informata, & ideo dicat, quo iuerunt ipse C. & dicti eius socii postquam viderunt d. Sempronium d. hora, & in dicto loco. Respondit, Ho detto già a Vostra Signoria. & gli replico, che noi nô ci partimmo altrimenti dalla detta villa, per la quale noi stêmo quel lo giorno cosi à spasso senza che mai ci partissemo, & andassimo in altro luogo. Interrogatus, per quantum tempus ante visum dic. Sempronium ipse C. & d. eius socii peruenerunt ad d. villam Pontiani. Respondit, Prima che noi vedessimo detto Sempronio nella detta villa, ui erauamo gionti forse vn quarto d'hora prima. Interrogatus, an postquam ad d. villam peruenerunt, aliquam domum intrauerint. Respondit, Quando noi fummo gionti alla detta villa, entrammo in casa di N. mio amico, doue io son solito d'andare andâdo à detta villa, & beuemmo un poco subito gionti, & poi ce ne uscimmo fuori, & vedemmo detto Sempronio. Interrogatus, si ipse constitutus, & d. eius socii armati essent, vel inermes, quando uiderunt d. Semproniû dicta hora, & in d. loco. Respondit, Erauamo medesimamente armati io, & li detti miei côpagni, quando vedêmo detto Sempronio nella detta uilla, che haueuamo li medesimi archibusci, che haueuamo portati. Interrogatus, quare d. archibusia non deposuerût ipse C. & d. eius socii, prætertim cum solatii causa eo se contulerint, & habebant d. domum d. eius amici ad deponendum arma. Respondit, Noi essendo in d. villa, che è campagna aperta, non mettiamo giù l'arme, ma le portiamo continuamente, se bene andiamo cosi à spasso, massime in questi tempi, che per tutto prattieano banditi. Interrogatus, in quo loco se reperiebant ipse C. & d. eius socii tempore, quo fuit interfectus d. Sêpronius. Respondit, Noi erauamo li nella uilla di Pontiano, quando fu ammazzato detto Sempronio, che uenendo li Lucio di Titio disse, che era stato ammazzato detto Sempronio in luogo detto N. lontano forse un miglio da detta villa. Interrogatus, & monitus, quod abstineat se à mendaciis, quoniã eo tempore, quo d. Sêpronius interfectus fuit, non aliter erant ipse C. & d. eius socii in d. villa, sed alibi, ideò dicat in quo loco, & quid fecerunt. Respondit, Signore V.S. non trouerà altriméti, che quel che io li dico, perche la verità è questa, che in quel tempo della morte di detto Sempronio noi erauamo nella detta villa. Et dicente Domino quô velit persistere in huiusmodi mendacio, de quo conuictus est per plures testes, qui ipsum C. & d. eius socios viderunt

runt tempore mortis d. Sépronii in d. loco N. extra d. villam, & ideo discedat à mendaciis, & dicat desuper ueritatem, & ad quid agendum accesserunt ad d. locum, & quid ibi fecerint. Respondit. Signore io non sò che fare, se li testimonii uogliano dir la bugia, come la dicono, perche in quel giorno della morte di Sempronio noi non ci partimmo dalla detta villa, & non fummo altrimenti al detto luogo N. doue si dice, che fu ammazzato d. Sempronio. Interrogatus, & monitus, vt recedat ab eius pertinacia, & se tandem disponat ad dicẽdum ueritatem de ordine, & tractatu de male tractando d. Sempronium, & de eum occidendo, ac de tractatus huiusmodi executione, aliàs deuenietur contra ipsum C. ad iuris, & facti remedia opportuna, & ad rigorosum examen. Respondit, Faccia pure V. Sig. quel che gli pare: perche io non posso dire altro, non hauendo fatto trattato alcuno cõtra detto Sépronio, & non me ci son trouato alla sua morte, che quel giorno non mi partii da quella uilla. Interrogatus, & iterum monitus, quomodo adhuc pertinaciter negare audeat d. tractatum, ac illius executionem satis detectum, & detectũ ex ipsius inimicitia, quã habet cum d. Sempronio ex sermonibus, & minis in domo ipsius habitis, & secutis cum d. eius sociis, quibus stipatus deinde ad alios extraneos actus non aliter diuertendo statim se contulit ad d. villam, & deinde ad d. locum, in quo d. Sempronius interfectus fuit: fateatur igitur de omnibus ingenuè ueritatem, nec patiatur contra ipsum deueniri ad rigorosum examen, & torturam, prout deuenietur, si adhuc in eius pertinacia perstiterit. Respondit, Fate pur quel che ui pare Signore, perche io non voglio dire quel che non ho pensato, nõ che fatto.
5 Ex † tunc Dominus visa pertinacia ipsius C. attentaque eius qualitate (si ille erat malæ cõditionis, & famæ) ac stantibus indiciis contra ipsum vrgentibus (quæ etiam uel omnia, vel vrgẽtiora specificari possunt) pro ueritate habenda de d. crimine, cum aliter haberi non possit, mandauit ipsum C. adduci ad locum torturæ, ibiq́ue spoliari, ligari, & ad funem præsentari. Qui sic adductus, dum spoliaretur, & ligaretur, fuit pluries benignè monitus per Dominum de ueritate dicenda, & illam tandem dicat, & recedat ab eius pertinacia, alioquin etiã ad ulteriora procedetur contra ipsum C. Respondit, Signore uolete ch'io dica quel che non ho fatto, ne pure pensato, fate pur quel che ui pare, che non ho chè dire altro. Et tandem spoliatus, ligatus, & ad funem præsentatus fuit adhuc pluries benignè monitus per Dominũ, vt recedat tandem ab eius pertinacia, & fateatur ingenuè ueritatem de d. delicto, alioquin in funem eleuabitur, & ita torquebitur. Respondit, Eccomi quà Signore, io ho detto la uerità, & non dirò mai altro, che quel che io ho detto. Ex tunc Dominus, cum constanter nollet ueritaté fateri, mandauit ipsum C. in funem eleuari. Qui sic eleuatus clamare cœpit alta uoce, o Signore Dio, misericordia, ò nostra Donna aiutami, pluries, & pluries ita replicando, & dende tacuit, & cum ita aliquantulum tacuisset, iterum clamare cœpit, ò Dio, ò Dio,

mise-

misericordia Signore, Madonna de Loreto aiutami, e soccorimi, simi liter pluries, & pluries ita etiam replicando. Interrogatus, quomodo, & qualiter ipse C. & d. eius socij se insimul coadunauerunt, quando d. tempore se contulerunt ad d. villam Pontiani. Respondit, Io ui hò già detto Signore, come ci ragunammo insieme, & non sta altrimenti, ò Signore, ò Signore, ò Dio, ò Dio mio, oh misericordia, misericordia. Interrogatus, quos sermones adinuicem habuerunt, quando per d. tempus ante accessum ad villam prædictam steterũt in domo ipsius C. & antequàm responderet suas continuando acclamationes, dixit, ohime, ohime, ohime santa Maria da Loreto soccorrimi, ah Signore mi fate torto. deinde. Respondit, Noi non ragionammo di cosa alcu na, ciarlauamo, come si fa tra giouani facendo collatione. Interrogatus, & monitus, vt recedat ab eius pertinacia, & dicat veritatem, an tunc temporis, vel alio sermonem aliquem habuerint de d. Sempronio, & illum recenseat, & non implicet se amplius in mendaciis. Respondit, In verità Signore, che noi non ragionammo di detto Sempro nio, ne io anco con altri n'ho ragionato de fatti suoi, che nõ m'importano: quest'è la uerità Signore, quest'è la verità, ò Dio, ò Dio che crudeltà è questa à tenermi qui, & deinde tacuit. Et cum nollet veritatẽ fateri, Dominus mandauit vno ictu quassari, qui sic quassatus cœpit clamare ò Dio, ò nostra Donna. che volete uoi ch'io dica. Et dicente Domino, quod dicat ueritatem de d. delicto, & recedat ab eius pertinacia. Respondit, Io u'hò detto Signore la verità, ma voi non lo uole te credere, & così è, & non posso dir'altro, se mi ci tenessero qui mill'ãni, ohime, ohime Signore questa è vna gran crudeltà. deinde tacuit, & postquàm aliquantulum tacuisset, dixit Signore mettetemi giù, mette temi giù, che voglio dir la verità. Et dicente D. quod ibi dicat verita tem, illamque ingenuè fateatur, & deponetur. Respondit, Che volete, ch'io dica, ditemelo Signore, che ve lo dirò, ohime, ohime Signore, mi sericordia, mettetemi giù, che ve dirò la verità, mettetemi giù, che ne la dirò, pluries, & pluries ita replicando. Ex tunc Dominus pro ueri tate habenda mandauit ipsum C. leuiter deponi, animo, &c. Qui sic depositus, & sedens super scamno ligneo Dominus eum Interrogauit, & hortatus fuit, vt modo dicat veritatem, quã dicere pollicitus fuit. Respondit, Che volete ch'io dica Signore, di gratia non mi tormenta te più, che riceuo à torto questi tormenti, perche non ho fatto cosa al cuna, & sono del tutto innocente. Interrogatus, & monitus, vt nolit ita verba dare, sed disponat se ad dicendum veritatem, alioquin iterũ in funem eleuabitur. Respondit, Fate Signore, quel che ui pare, io nõ posso dir'altro. Ex nunc D. mandauit ipsum C. in funem eleuari, qui sic eleuatus clamare cœpit ohime, ohime, &c. Interrogatus, ob quam causam se contulit ipse C. d. tempore ad villam Pontiani. Respondit, Io ci andai à spasso come u'hò detto altre uolte. Interrogatus, quare secum duxit d. eius socios ad d. villam Pontiani. Respondit. Ancor lo ro uennero à spasso, che erano soliti uenirci cõ esso me. Interrogatus, quare

quare d.N.particulariter se eti-m contulit ad d. villam,ad quam non erat solitus accedere,nec vnquam ibi se contulerat cum ipso C. Respondit, O Dio,o Dio,ohime Signore , ò nostra Donna aiutami , ancor lui ci uenne à spasso,& nō per male nissuno. Interrogatus, an post accessum ad d. villam,& die mortis d. Semproni extra illam se contulerit,& quo iuerit tam ipse C.quam d.eius socii. Respondit, Che volete ch'io dica,io l'ho già detto,& replico, che non partimmo mai da quella villa doppo che gionti ci fummo.ò Dio,ò Dio, ohime crudeltà grande.Et ei dicto,quòd recedat à mendaciis,quia post accessum ad d.uillam fuit etiam uisus unà cum d.eius sociis extra illam,ideo dicat veritatem,quo iuerunt,& in quo loco se reperiebant tempore mortis d.Sempronii.& dum hæc scriberentur,& antequā interrogatorio responderet,acclamabat alta uoce,o crudeltà grande , o torto grande, che riceuo,che volete ch'io dica,& respondendo interrogatorio instāte Domino pro illius euacuatione,& vt diceret veritatem. Respōdit, Dico,che non vscimmo mai dalla detta uilla , & mentono quelli , che dicono il contrario,che sono bugiardi Signore. Interrogatus de ordine,& tractatu interficiendi d.Sempronium,& quis illum interfecit. Respondit, Ohime,ohime Signore,io non sò chi l'habbia ammazzato,& non sò di trattato alcuno,ò Dio,ò Dio,ò misericordia. Et cum adhuc nollet veritatem fateri,Dominus mandauit uno alio ictu quassari,qui sic quassatus tacuit,& deinde cum aliquantulum tacuisset clamare cœpit, ò crudeltà grande,o gran torto riceuo, Dio ne mostrerà miracoli,mettetemi giù Signor mio,fattemi metter giù,che vi uoglio dire senza manco la uerità. Et dicente Domino , quòd aliàs iam uerba dedit,ideo dicat ibi ueritatem, & deponetur. Respondit, Signore fattemi metter giù,che questa uolta certo non ui inganno, & sopra la fede mia,che ui dico la uerità,pluries,& pluries ita replicando. Ex tunc Dominus pro veritate habenda mandauit d.C.leuiter deponi. Qui sic depositus sedens similiter super scamno ligneo fuit per Dominum interrogatus,& hortatus,ut modo ingenue fateatur ueritatem, quam dicere promisit,nec amplius uelit uerba dare. Respondit, Eh Signore io non sò che dire,perche nō ho fatto cosa alcuna, & s'hauessi fatto l'errore, non haurei aspettato tanto à confessarlo,volete(o disgratiato me)ch'io dica quel che non ho fatto. Interrogatus, & monitus,vt uelit omnino recedere ab huiusmodi eius pertinacia,& se disponere ad dicendum ueritatem , quam nullo modo negare potest tot cōtra ipsum urgentibus indiciis iam in Cōstituto de planè sibi enarratis,alioquin iterum in funem eleuabitur. Respondit, Signore aspettate un poco,& cum aliquantulum tacuisset, oculis ad terram demissis dixit,Signore che uolete ch'io dica,io non sò che mi dire , io non sto in ceruello. Et tunc Dominus uidens ipsum C. uerba dare & nolle dicere ueritatem,mandauit ipsum iterum in funem eleuai. Qui sic eleuatus alta uoce clamando dixit,oh,oh Signore. Interrogatus,& monitus,quod se tandem disponat ad dicendum ueritatem de d. homicidio,

micidio, illiusque tractatu, nec patiatur vlterius torqueri, prout ulterius in tortura detinebitur, si in eius pertinacia adhuc persistere voluerit. Respondit post multas acclamationes dicendo ò Dio, Dio, nostra Donna, misericordia, pluries ita replicando, Signore risolueteui pure ch'io non vi posso dir altro, tenetemi quanto hora vi pare, ohime, ohime poueretto me. Et cum stetisset in tortura per spatiũ unius horæ, & aliud ab eo pro tunc haberi non posset, Dominus mandauit ipsum C. leuiter deponi, dissolui, & reponi ad locum suum animo &c. Hactenus de forma constituẽdi reos criminis ad torturæ locũ, quoad modum fune torquendi, qui usu frequẽtior est. sed & eadem est forma constituendi reos criminis ad locum aliorum tormentorum, & in ipso etiam actu interrogantur rei corã Iudice, & notario constituti eodem modo, & forma quibus supra, eademque etiam forma est decreti ipsorum tormentorum. in quo tamen exprimitur tormẽti genus, quo reus torqueri debet, & causa etiam exprimitur, ob quam à modo fune torquendi usu frequentiori receditur, & est huiusmodi, & primo.

De formula tormenti ignis.

Quod quale sit, do cet Brun. de indiciis, & tortur. d. q. 2. par. 2. post nu. 6. talis est.

Die &c. Anno. 1587.

Constitutus personaliter &c.

Interrogatus &c. Respondit.

Interrogatus, &c. Respondit.

Ex tunc Dominus visa pertinacia ipsius C. & stante mala eius conditione, & fama, ac indiciis contra ipsum laborãtibus, vrgentibusq;, pro ueritate habenda de delicto, cum aliter haberi non possit, & ipse C. tormento funis quod non timet, sed paruipendit, non torqueatur (vel dicas, ut ipse C. tormento funis torqueri non possit, quia ruptus est, vel alias mancus) mandauit ipsum C. adduci ad locum tormẽtorũ, ibique tormento ignis supponi, & d. tormento tormentari. Qui sic adductus ad tormentum ignis fuit pluries benignè monitus per Dominum ad dicendam veritatem, nec patiatur d. tormẽto ignis supponi, prout supponetur si in eius pertinacia perstiterit. Respõdit. Ex tũc Dominus cum nollet veritatem fateri, sed in eius pertinacia persistere, mandauit d. constitutum d. tormento ignis supponi. Qui sic suppositus leuatis pedibus, illisq; lardo porcino inunctis, & in cippis iuxta ignem ualidum retentis, cũm stetisset in tormentis per unum Credo, incepit dicere ohime, ohime, &c. Et cum vociferando clamaret ostendendo signum doloris, Dominus mandauit apponi tabulam ante pedes animo &c. qua sic apposita hortatus fuit ipsum constitutum, ut ueritatem dicat, & recedat ab eius pertinacia. Respondit, Io hò detto la uerità, non dirò mai altro, che quel che ho detto. Ex tunc Dominus mandauit d. tabulam ante pedes positam amoueri, qua sic amota vociferare cœpit, Misericordia Signore.

Ex

Ex tunc Dominus mandauit iterum apponi d.tabulam ante pedes animo &c.qua sic posita,& demum iterum monitus,& hortatus ad dicendum veritatem. Respondit, O signore, è gran cosa questa,uolete, ch'io dica quel che non ho fatto,ò misericordia,signore Dio &c.

Ex tunc Dominus mandauit ipsum C. cum in eius negatiua persisteret,& aliud ab eo haberi non posset,à d tormento amoueri, & reponi ad locum suum animo &c.cum stetisset in d. tormento computando etiam appositionem d. tabulæ per spatium duorum Miserere.

De formula tormenti Vigiliæ.

7 Quod quale sit d.tormenti genus docet Marsi.in d.l.1.post.n.55.quem laudat Ghirl an.d.q.2.de qō.qui dicit,quod alio modo,& faciliori vsus fuit hoc tormenti genere,sed modum,quem obseruauit,non aperit.

Die 19.Decembris 1587.

Constitutus personaliter. &c.

Interrogatus. &c. Respondit.

Interrogatus. &c, Respondit.

Ex tunc Dominus uisa pertinacia ipsius C.ac attenta eius mala cōditione,& fama,& indiciis contra ipsum laborantibus,vrgentibusque pro veritate habenda de d.delicto,cum aliter haberi non possit, & ipse C.tormento funis torqueri non possit,(vel tormento funis,quod nō timet,sed paruipendit,non torqueatur)mandauit ipsum C.adduci ad locum torturæ,& ibi tormento vigiliæ supponi. Qui sic adductus antequàm d.tormento suppositus esset,fuit pluries benigne monitus per Dominum de ueritate dicenda,alioquin d.tormento incontinēti supponetur. Et cum respondisset,io hò detto la verità, & sono innocente, & constanter nollet veritatem fateri,Dominus mandauit d.C.tormento vigiliæ supponi,& ita d.tormento per quadraginta horas torqueri. Et d.tormento vigiliæ suppositus sedens super quodā scamno ligneo compedes habens pedibus tamen à terra eleuatis, & manibus post terga ad funem ligatis, fuit tandem in custodia Birruariorum relictus, eisque commendatus, vt per quadraginta horas ipsum dormire non permittant.& ita Dominus dimisit examen ipso C. sic relicto cum esset hora secunda noctis, & clepsydræ prima, præcipiendo eisdem Birruariis, vt si aliquid velit dicere d.reus C. quamprimum ipsum Iudicem vocare debeant.

Die 20.&c. 1587.

Et cū stetisset d.tormento suppositum per spatium 10.horarū,& petiisset ire ad exonerandum ventrem,Dominus eidem permisit cum custodia necessaria,qui post q̃ rediit,& d.tormento suppositus fuit, fuit pluries benignè monitus per Dominū,& rogatus, vt discedat ab eius obstinatione,& pertinacia,& fateatur ingenuè veritatem tractatus,& causam,&c. Respondit,Io hò detto la uerità,& non posso dire altro.

Die dicta.

Et cum stetisset d.reus constitutus in tormentis per horas vigintiquatuor, dominus pluries adhuc, ac pluries eum monuit ad dicendũ veritatem, & specificandum, &c. Respondit, io ui ho già detto, che ho detto la verità, & che nõ posso dire altro, & ui replico il medesimo.

Interrogatus, &c. Respondit,

Interrogatus, Respondit.

Die 21. Decembris 1587.

Et prosequendo examen cum steterit in tormentis per horas vigintiseptem, & nihil aliud dixisset, Dominus eum monuit ad dicendũ veritatem, alioquin alio tormento torquebitur, & propterea dicat nomina, &c. Respondit, Io ui ho già detto Signore più uolte la verità: nõ posso dir'altro, che occore che mi facciate tanta instãtia à dirui quel che io non ho fatto, & non ho pur pensato.

Die &c.

Et cum stetisset in eisdem tormentis per horas quadraginta, pluries, ac pluries Dominus eum etiã monuit, & benigne hortatus fuit, vt uelit tandem recedere ab eius pertinacia, & fateri ingenuè veritatem de d.tractatu &c. alioquin contra ipsum ad ulteriora, prout iuris fuerit, procedetur. Respondit, Questo à punto è quel che uoglio io Signore, che procediate secondo è di ragione, perche hauendo quest'intentione, & facendo poi così, non dubito, che non si procederà contra di me più auanti di questa maniera, perche essendo io innocente, me si fà gran torto à tormentarmi così. Ex tunc Dominus mandauit ipsũ C. dissolui, & à d.tormento remouerj, & ad locum suum reponi, animo &c. cum aliud ab eo haberi non possit, & stetisset in d. tormentis per d.quadraginta horas.

8 Et hoc † est tormentũ vigiliæ, quod usu frequentius olim erat, paucis autem ab hinc annis loco scamni lignei illud in statu ecclesiastico aliqui tormenti huius instrumentum supponunt, quod vulgo capram nuncupant, quod est atrocissimum tormenti genus, quia reus sine caligis, & ano suo denudato, & vndique ligatus, ne aliàs caderet, sedet super d.capram. Vnde pro illis verbis, sedens super quodam scamno ligneo, &c. hæc alia ponuntur, sedens super capra ano sine caligis denudato, sic modum exprimendo, quo reus hoc tormenti instrumento torquetur, prout in omnibus tormẽnti generibus exprimi ita debet, & est quidem tormenti genus atrocissimum, & non nisi urgentissimis indiciis præcedentibus, & in atrocissimis, non etiam passim in quolibet crimine eo Iudices vti debent, & in his etiam raro, nec vnquam per quadraginta horas, ideo in decreto tormenti huius Iudex nõ mãdat hoc tormenti instrumẽto reum torqueri per quadraginta horas, sed simpliciter sine tempore mandat d.tormento torqueri, & tormentari, & arbitrio deinde Iudicis iuxta qualitatem indiciorum, & rei robusticitatem reus suppositus d.tormenti instrumento detinetur, ita vt reus vel innocentiæ, vel supplicio, vt in cæteris torquendi generibus,

bus, saluus sit.d.l.quæstionis.ff.de q̃ő. Et tempore fel. record. Gregor. XIII. Pont.Opt.Max.hoc tormenti genus propter sui atrocitatem, & quia passim eo Iudices utebantur, etiam quod crimen nõ esset de atrocissimis, prohibitum fuit.

De formula tormenti taxillorum.

9 Quod quidem quale sit docent Brun.de indic & tort.2.p.q.2.Sed plenius,& apertius Marſ.in d.l.1.n.55.ff.de quæst.& vulgo nũcupatur hoc tormenti genus, la stanghetta, quod & dicit Marſ. d.loco.

Die 15.Decembris 1587.

Constitutus personaliter, &c.

Interrogatus,&c.

Interrogatus,&c. Respondit,

Et tunc Dominus visa pertinacia ipsius C.ac stantibus,&c. pro veritate habenda, cum aliter haberi non possit, & ipse C. tormẽto funis torqueri non possit (vel tormento funis, quod non timet, sed paruipendet non torqueatur) mandauit ipsum C.adduci ad locum torturæ, ibique tormento taxillorum vulgo nuncupato la stanghetta, supponi, & tormentari. Qui sic adductus, antequàm d.tormento supponeretur, fuit pluries benignè monitus per Dominum de veritate dicenda de d.delicto, alioquin d.tormento incontinenti supponetur. Et cum constanter nollet veritatem fateri,& in eius pertinacia persisteret, Dominus mandauit d.tormento eum supponi,& torqueri. Qui sic d. tormẽto suppositus in terra prostratus talo pedis dexteri denudato inter duos ferreos taxillos concauos posito, & custode carcerum eos stanghetta comprimente clamare cœpit alta uoce, ohime, ohime misericordia, Dio, misericordia, Signore,&c.

Interrogatus, &c. Respondit.

Et cum in d.tormento suppositus stetisset per quartam partẽ vnius horæ,& aliud ab eo haberi non posset, Dominus mandauit, eum à d. tormento remoueri,& ad locum suum reponi, animo &c.

De formula cædendi feru a pueros.

10 Qui propter ætatem fune, nec alio tormenti genere torqueri non possunt, vt supra diximus hoc lib.c.1.n.49.

Die 6.Maij 1587.

Constitutus personaliter,&c.

Interrogatus, &c. Respondit.

Interrogatus,&c. Respondit.

Ex tunc Dominus visa pertinacia ipsius C.ac stantibus,&c. pro veritate habenda cum aliter haberi non possit, mandauit ipsum C. adduci ad locum torturæ, ibiq; spoliari,& ad funem manibus ante faciẽ alligari ad effectum ferula eũ cædendi, cum ob eius minorem ætatem torqueri non possit. Qui sic adductus, & spoliatus, & manibus ad funem ante faciem alligatis fuit pluries benignè monitus per Dominũ ad dicendum ueritatem, nec patiatur ferula cædi, prout cædetur, si in eius pertinacia perstiterit. Respõdit. Ex tunc Dominus cum in

eius pertinacia perstiterit. Respondit. Ex tunc Dominus cum in eius pertinacia persisteret, mandauit ipsum ferula cædi. Qui cum sic cæderetur, clamare cœpit, ohime misericordia, &c. Et monitus per Dominũ de veritate dicenda, alioquin vlterius ferula cædetur. Respondit, Et cum pluribus, & pluribus verberibus færula cæsus fuerit per spatium duorum Miserere, & aliud ab eo haberi non posset, Dominus mandauit, ipsum dissolui, & reponi ad locum suum, animo, &c.

Hactenus ad exemplum de formula quorundam generum tormentorum vsu frequentiorum: sub eadem forma, & dictandi stylo, vel simili constitui poterit reus ad torturæ locum in cæteris tormentorũ generibus, semper exprimendo in decreto de torquendo tormenti genus, & in ipso deinde actu torturæ illius qualitatem, & modum. Et hæc quidem quod attinet ad reos tantum inquisitos. Quod † verò ad iam
11 bannitos, & condemnatos, formulam eos constituendi ad torturæ locum iam posuimus in tract. de executio. senten. contumac. capto bannito cap. 2. nume. 86. & aliis seq. quæ hic repetenda non est, cum ibi videri possit.

12 Et quoniam † interdum reus in tormẽtis obdormit, & est semimortuus, vel aliud illi accidit in tormentis, & de omnibus, quæ accidunt, in qualibet torturæ parte mẽtio fieri debet, prout res sese habuit, hæc erit formula, quando reus obdormiret, & semimortuus esset in tormẽtis ad exemplũ in cæteris. Qui sic eleuatus, incæpit dicere ohime, &c. Et cum stetisset per vnum Miserere sic eleuatus, & signum fecisset, se esse semimortuum, Dominus mandauit, ipsum leuiter deponi. Qui sic depositus, cum ex se ipso pedibus sistere non posset, & adhuc semimortuus videretur, Dominus mandauit, ipsum C. poni super scamno, in quo cum stetisset per vnum Credo, expergefactus, & per Dominũ interrogatus, & monitus fuisset, vt velit dicere veritatem, & recedere ab eius pertinacia, cum prædicta scriberentur, ex se ipso in terram cecidit semimortuus. Quo uiso Dominus fecit redire executores, qui de mandato Domini ex humo d. C. eleuari fecerunt, & poni super scãno, in quo cum sic semimortuus staret, pluries, ac pluries per Dominũ uocatus, & iterum, atque iterum vocatus, nihil respondit. Et cum sic per aliquantulum temporis spatiũ stetisset, & aqua frigida in ore eius aliquãtulum posita fuisset, in se ipsum rediit cum magno frigore, quod per me Notarium uisum, & de mandato Domini annotatum est. Et cũ magno frigore ipse C. concuteretur, & quodammodo loqui non posse videretur, Dominus mandauit pro nunc dissolui, & ad locum suum reponi, animo &c. cum monitione, vt se disponat ad dicendum ueritatẽ, quia Dominus intendit eum in eius pertinacia persistentem tormentari facere donec, & quousque purgauerit indicia, quæ satis superque vrgent contra ipsum.

13 Quandoque † etiam reus non solum in caput suum, sed etiam ut socius criminis in caput alterius, quem nominauerit, torquetur, ut eius depositio illum afficiat, cùm aliàs si in tortura confirmata nõ fuisset,

non procederet. Marſ. conſi. 109. Grat. conſi. 59. lib. 2. Boſſ. in tract. cauſ. crim. tit. de indic. & conſiderat ante tortur. n. 151. cum aliis plenè per nos congeſtis in Method. proceſſ. informat. lib. 5. cap. 2. n. 680. verſi. ut ſunt etiam ſocii criminis. Et quidem confirmatio hæc in tortura cum iuramento fieri debet, quod tamẽ interuenire poteſt quandocunque, ſiue ſcilicet antequam ponatur ad torturam, ſiue iuret præſente ipſo, contra quem depoſuit, prout in confrontatione ſeruatur, vt ex aliis admonuimus d. c. 2. lib. 5. Metho. proceſſ. informat. n. 687. & practica hæc deferendi ei iuramentum obſeruabitur, ſi reus ut principalis in ſe, & ut teſtis in alios conſtituatur, quod eſt ſecundùm practicã in ſpecie traditam à Marſ. in prac. crim. §. diligenter. nu. 66. circa fin. & ſi ſo cius nominatus erit præſens, eo præſente iuramentum deferri debet, vt infra, ut per Boer. deciſ. 319. n. 4. poſt Marſ in d. §. diligenter. nu. 62. & ſequitur Vulpel. conſi. crim. 30. n. 7. & conſi. 76. n. 14. & conſi. 83. n. 8. vbi dicit, quod ita obſeruatur.

14 Et † ita hunc in modum, vel ſimilem confirmatio hæc in tortura fieri debet. Nam ipſe nominatus coram Iudice, & Notario conſtitutus interrogatur ſuper delicto, pro quo, ut ſocius criminis nominatus eſt, & eo in negatione perſiſtente, in eius faciem adduci debet reus, qui eum nominauit, & facta ſic confrontatione iuxta formam ſupra traditam. c. 3. nu. 28. lib. 3. & ambobus in eorum dicto perſiſtentibus, Iudex mandat, ambos adduci ad locum torturæ, & ibi d. reum in faciem nominati in funem eleuari, & eum ſic eleuatum interrogat, an ea, quæ dixit, & depoſuit contra per eum nominatum hic præſentem fuerint, & ſint uera, & per ipſum pro ueritate dicta, & reſponſione recepta quod ſic, Iudex facit, vt in tortura ſubſtantialiter recenſeat, quæ depoſuit, mox interrogatur d. noĩatus, quid prædictis reſpõdeat, & ambobus in eorum dictis permanentibus à tortura reus deponitur, & ad locum ſuum Iudex reponi iubet, examenq́ue continuat cum reo nominato, ſi vult, aliàs iubet ambos reponi ad locum ſuum, animo &c. & formula hæc eſt, videlicèt.

Die 4. Maii. 1587.

Conſtitutus perſonaliter corã Magnif. & Excell. D. N. Illuſtr. & Reuerend. D. Gubernatoris Vrbiſueteris Locumtenente, meq́ue Notario, &c. Hiſcus q. Titij de Caſtro Parrani comitatus d. ciuitatis, de quo ſupra, principalis in ſe, & teſtis in alios, qui delato eidem iuramẽto de ueritate dicẽda, prout iurat manu tactis, & c. ad opportunas Domini interrogationes dixit, & reſpondit, prout infra, videlicet, & primo. An ultra ea, quæ ſupra dixit ĩ aliis eius examinibus, aliquid aliud ſibi dicere occurrat, & quid. Reſpondit. A me non occorre dire altro. Interrogatus, an ipſe C. bene cogitauerit, & ſe diſpoſuerit ad dicendum ueritatem ſuper depoſitione Caii q. Martini iam ſibi lecta, & illam ingenuè fateatur. Reſpondit. Io ho detto la uerità & d. Caio dice la bugia, come ho detto à V.S. nell'altri miei eſamini. Interrogatus. quid dicet, ſi d. Caius in eius faciem dicet, & deponet eadem, quæ in

d. eius

d.eius depositione iam sibi lecta continentur. Respondit, Io dirò medesimamente, che lui dirà vna gran bugia. Et tunc D. ad conuincendũ ipsum constitutũ de mendacio, ipsumq; magis disponendum ad ueritem dicendam, mandauit in eius faciem adduci d. Caium. Quo sic adducto, & delato eidem iuramento de ueritate dicenda, prout iurauit manu tactis, &c. factaq́, nominum, & personarum mutua inter eos recognitione, fuit idem adductus per D. Interrogatus, an ea, quæ supra dixit, & deposuit cõtra præsentem C. & in eius depõne, fuerint, & sint uera, & ꝑ ipsum pro ueritate dicta, uelitq; ea approbare, & confirmare in faciem d. C. Respondit, Signor sì, che quel che ho detto nel mio esamine contra costui quì è la verità, & per la verità l'ho detto, & tanto in faccia quì di C. confermarò. Interrogatus, vt ergo in substantia recenseat ea, quæ pro veritate dixit, & deposuit in d. eius examine. Respondit, La verità è questa Signore, Che, &c. Ex tunc D. conuersus ad d. C. eundem Interrogauit, quid modo respondeat prædictis. Respondit, Io ho già detto à V.S. & lo replico anco adesso, che costui dice tanta bugia, imputando me di questo fatto, delquale sono per ogni conto innocente. Replicante d. Caio adducto, & io dico, che nõ ho detto, nè dico bugia alcuna, che quant'ho detto, è la verità istessa, & così dico, & confermo. Ex tunc D. cum uterq́; ipsorum staret in d. suo, mãdauit ambos adduci ad locum torturæ, ibiq́; d. Caium ad omnem dubietatem tollendam, quæ circa illius personam, & dicta oriri posset, & vt d. Hiscum C. afficiat, ad omnemq́; alium meliorem finem, & effectum spoliari, ligari, & in funem eleuari. Quibus sic adductis, & d. Caio spoliato, ligato, & in funem in faciem d. Hisci C. eleuato, fuit idem Caius per D. Interrogatus, vt ingenuè dicat, an ea, quæ deposuit vt supra contra d. Hiscum hic præsentem constitutum fuerint, & sint uera, & per ipsum pro veritate dicta, eaq́; approbet, & ratificet in faciem d. C. Respondit, Signor sì, che tutto quello, ch'io ho deposto, è la verità, & tanto confermo, & approuo in faccia quì de Hisco, ohime Signore che tormento è questo, le mie braccia ohime. Interrogatus, vt adhuc etiam in faciem d. C. substantialiter recenseat ea, quæ contra ipsũ deposuit in d. eius examine. Respondit, Io hò già detto in faccia quì di Hisco, ohime, ohime Signore Dio, & medesimamente hora confermo, & approuo, che la verità è questa che &c. ohime le mie braccia, ò Dio. Interrogatus d. Hiscus hic præsens constitutus, quid etiam respõdeat prædictis. Respondit, Costui è vn bugiardo, & non si trouarà mai con verità quel che costui dice contra di me, ò latro, & assassino à questo modo mi assassini. Replicante d. adducto, io non ti assassino altrimẽti, che quãto ho detto è la verità, & lo dirò sempre, ohime Sig. Dio, &c. Ex tunc D. cum vterq; ipsorum staret in dicto suo, & d. Caius stetisset in tortura per quartã partẽ vnius horæ, mandauit ipsũ leuiter deponi, & tam ipsum, q̃ d. Hiscum C. reponi ad locũsuum, animo &c. vel põt Iudex mandare tortũ reponi ad locumsuum, & examen continuare cũ C. iuxta formã supra traditam d. c. 3. lib. 3. in formula confrontationis.

15 Interdum † reus non torquetur super delicto, nec in caput alterius, sed pro præcisa responsione affirmatiua, vel negatiua, quando reus vel non vult respondere, uel non præcisè respondet, sed per uerbum non recordari, & simile in re substantiali, iuxta ea, quæ supra diximus c. 2. lib. 3. tunc reus non semel moneri debet, uel ad respondendum, si respõdere nollet, vel ad præcisè respondendum, si affirmatiuè, vel negatiuè non responderet, & eo persistente in eius pertinacia, torqueri dēt solū ad habendam responsionem affirmatiuam, uel negatiuam, secundùm quòd diximus supra d. c. 2. & formula hæc est, videlicet.

Die 9. Maij 1587.

16 Constitutus personaliter coram, &c. Interrogatus, an vltra ea, quæ supra dixit, aliquid aliud sibi dicere occurrat, & quid. Respondit, A me Signore non occorre dir altro, oltr'à quello, che ho detto nell'altro mio esamine. Interrogatus, quando ipse C. & eius socii supra per eum nominati se contulerunt ad d. villam Pontiani, dicat an prius in aliquo loco se coadunauerint, & per quantum tempus ante. Respõdit, Sign. sì, che prima, che noi andassimo alla d. villa, ci ragunassimo tutti insieme in casa mia, di doue partimmo quãdo andassimo alla d. villa, che fermati lì in casa mia quanto beuessimo, ci partimmo per quel la volta. Interrogatus, vt recenseat sermones, quos adinuicem ipse C. & d. eius socii habuerunt in d. eius domo d. tẽpore, quo ibi morã traxerunt. Respõdit, Io Sig. non mi ricordo, che ragionamenti noi hauessimo, che già è un mese che questo fu. Interrog. & monitus, ut uelit dicere veritatem de sermonibus habitis tunc temporis inter ipsum C. et d. eius socios, cum non sit uerisimile, quod non recordetur. Respon. io in vero non me ne ricordo, che se me ne ricordassi, io lo direi liberamente. Interrog. vt dicat veritatem, an inter ipsum C. et dictos eius socios sermo aliquis fuerit de d. Sempronio, et dicat qua occasione. Respondit, io non ho memoria, che noi ragionassimo di d. Sẽpronio. Et dicente Domino, quòd bene cogitet, et ad eius memoriã reducat, an sermonem adinuicem habuerunt de d. Sempronio, et dicat, qua occasione Respondit, Io dico, che non me ne ricordo, che volete, ch'io mi ricordi Signore. Interrogatus, an sermo aliquis fuerit inter ipsũ C. et d. eius socios de male tractando, et dicat quõ, et qualiter d. Sẽpronium siue d. tempore in d. eius domo, siue alibi. Respondit, in verità Signore, ch'io non mi ricordo d'hauere hauuto tal ragionamento con detti miei cõpagni, nè all'hora in casa mia, nè altroue. Interrogatus et monitus, vt velit præcisè super præmissis respondere affirmatiuè, vel negatiuè, et caueat ab huiusmodi eius responsione non recordari, cum Interrogetur de facto proprio, et de recenti, et in quo non cadit verisimilis obliuio, et dicat ueritatem. Respon. Se io me ne ricordassi, lo direi, ma in uerità non me ne ricordo Et dicente Domino, eumq; monente ad dandum super præmissis præcisam responsionem affirmatiuam, vel negatiuam, aliàs pro illa habenda necesse erit contra ipsum deuenire ad iuris, et facti remedia opportuna.

Respondit, Tant'è Signore, penso, & ripenso, & in effetto non me ne ricordo. Ex tunc Dominus uisa pertinacia ipsius C. nolentis præcisè respondere super præmissis affirmatiuè, uel negatiuè, pro præcisa responsione habenda, cum aliter haberi non possit, mandauit ipsum C. adduci ad locum torturæ, ibique spoliari, ligari, & funi præsentari. Qui sic adductus, antequam spoliaretur, & dum etiam spoliaretur, & ligaretur, & funi applicaretur fuit per Dominum pluries benignè monitus, ut se disponat præcisè respondere affirmatiuè, uel negatiuè, an sermo habitus fuerit inter ipsum C. & d. eius socios de male tractãdo d. Sempronium, & dicat quomodo, & qualiter, aliàs si in prædicta eius responsione perstiterit, in finem eleuabitur. Respondit. Fate Signore quel che ui pare, che sete padrone: perche io non me ne ricordo. Ex tunc Dominus cum constanter nollet præcise respondere, mandauit ipsum in funem eleuari. Qui sic eleuatus cœpit dicere. ohime, ohime. ah, ah, Signore Dio, mettetemi giù, che la voglio dire, mettemi giù, pluries, & pluries ita replicado. Et dicente Domino quod ibi præcisè super præmissis respondeat affirmatiuè, uel negatiuè, nec patiatur ulterius in tortura detineri, prout detinebitur, si in d. eius responsione perstiterit. Respondit. Hor sù Signore la bisogna dire, ohime, ohime, ohime, oh, oh, la voglio dire, la uerità è, che noi non hauemo ragionato mai in conto alcuno di d. Sempronio, & massime di uolerlo trattar male, & di offenderlo, & fargli dispiacere, & questa è la uerità signore, questa è la uerità, ohime, ohime, oh, oh Signore Dio. Ex tunc Dominus mandauit ipsum constitutum leuiter deponi, & dissolui, cum stetisset in tortura per spatium duorum Miserere. Et continuando cum eo iam deposito, & dissoluto examen, eundem Dominus interrogauit, quare tam audacter, & constanter noluit ante torturã præcisè super prædictis respondere, prout in ipsa tortura præcisè respondit. Respõdit. Io prima non me ne ricordauo, la corda me l'ha fatto ricordare, oltre ch'io non ho che fare più che tanto con d. Sempronio, si che son certo non hauere hauuto tale ragionamento di lui. Ex tunc Dominus aliis præuentus negociis dimisit examen, & mandauit ipsum constitutum reponi ad locum suum, animo, &c.

De formula ratifitationis confessionis per torturam extortæ.

Et † quoniam reus post torturam, si in ea confessus fuerit, ad locum
17 extra tormenta duci debet ad ratificandum, vt supra diximus capit. præcedenti, n. 139. formula ratificationis secũdùm modum supra traditum eodem cap. præcedenti. nu. 149. hæc est secundùm Alphons. Aluarez in suo Speculo vtriusque iur. tit. de tortura. col. 3. in ver. & Notarius in actis. & ex eo D. Alphons. in pract. crim. cano. lib. 7. de tortura cap. 6. conclus. 1. videlicet. Talis constitutus coram tali Iudice ad bancum maleficiorum, lecta de uerbo ad uerbum confessione sua. interrogatus à dicto Iudice si dicit, & confitetur, vt confessus fuit, ut supra

fupra in fua confesfione, & per ordinem continetur. qui Refpondit, quod fic.& fic debet fcribi in actis,alias non creditur Iudici.vt in ca. quoniam contra de probatio,& teftes non funt adhibendi,vt ex generali confuetudine obferuatur. Hæc illi. Foller autem in pract.crim.in verb. & fi confitebuntur. 1.p.3.par.dicit.quod fi fcribi folet.Talis reus ductus ad ratificandum,ac conftitutus coram tali Iudice fedente pro Tribunali ad hunc actum,folutus vinculis,& catenis extra locum, & afpectum torturæ,lecta prius eidem fuæ depofitione,eam ratificauit, atq; veram faffus eft de verbo ad verbum. Hactenus Foller. ibi nu. 63. ex Afflict.Iac.Beluif.Marfil.Brun.& Guid.de Suzar. quos allegar Vmber. Locat. Epifcopus Balneoregienfis in fuo opere Inquifito. fol. 484. Hanc ponit formulam ratificationis huiufmodi.

Forma ratificandi proceffum per delatum iam confeffum.

Conftitutus perfonaliter N. coram præfato Reuer. D. Inquifitore dictus N. detentus vt fupra de carcere per N. cuftodem de mandato ipfius Reuerendi D. Inquifitoris eductus,& eidem lectis per me Notarium infrafcriptum eius conftitutis per eum factis, videlicet vno fub die tali talis menfis,alio fub die tali,&c.tenoris infrafcripti,vel ei dē examine tali die facto in tortura videlicet:legantur omnia,deinde fequetur. Ad eius plenam audientiam,& intelligentiam pr4miffa prius monitione eidem per me Notarium facta,quod bene aduertat,quod fi quanta in fuprafciptis conftitutis funt vera,ea approbet, & ratificet, fin autem minus,non.ea omnia,& fingula in fuprafcriptis Conftitutis per me Notarium lectis ad eius plenam audientiam,& intelligentiam fponte approbauit,& ratificauit,& approbat,& ratificat omnia, & fingula fuprafcripta in dictis conftitutis contenta in totum, & per totū, in omnibus, & per omnia,& prout in dictis Conftitutis continentur, & fit mentio, dicendo,et fubiungendo. Et mi rincrefce d'hauere offefo la diuina Maeftà, et ne dimando perdonanza à Dio,et V.R. offerendomi di abiurare tutti li miei errori,et accettare tutta quella penitētia falutare, che V.R. m'imporrà. Et hæc omnia ad præfentiam Domini Syndici Fifcalis præfata acceptantis, et inftantis &c. Si autem habet aliquid minuere,addere,vel mutare,dicetur. et eo monito, quod bene aduertat, quia agitur de eius intereffe vitæ, et honoris, idcirco ea,quæ fuperius dixit, fi vera funt, approbet, et ratificet, fin minus, non. Refpondit, ciò ch'ho detto, etc. l'approuo,ratifico, et confermo. Bene è vero, che doue io ho detto, etc. reuoco, et reprobo tutto, et tutto il refto, che fi contiene nelli detti miei conftituti contrario alla mia confesfione ratificati come di fopra, e tutto, che io ho fatto, et detto, come, etc. l'ho fatto come, etc. Addendo folum primo eius conftituto, vbi dicit, et deponit, etc. addendo hæc verba, etc. Et fecundo Conftituto, etc. et fuccesfiue obtulit abiurare omnes hærefes, et amplecti pœnitentiam fibi a R. Domino Inquifito-

re iniungendam. Et hæc in præsentia, &c. Hæc Vmbert Locat. qui vt vides, videtur ponere ratificationem confessionis etiam sponte factæ si-
18 ne tortura, quæ † tamen necessaria non est, vt ex communi, & ex consuetudine ex pluribus testatur Iul Clar. lib. 5. sentent. §. fin. q. 65 vers. sed quæro. & Carrer. in prac. crim. fol. 3. num. 29. Et more cauti assessoris scribi facit per notarium, quòd reus sponte ratificauit, & approbauit
19 suam confessionem solent † enim cauti assessores hoc casu facere scribi in actis, quòd reus sponte ita confitetur, quamuis tortura præcesserit. est quidem falsa vt plurimum ista scriptura. vt dicit Bal in l. 2. nu. 3 C. de custod. reor. nihilominus hæc generalis consuetudo excusat Iudicem, & Notarium à pœna falsi, vt dicit Bald. in l. 1. n 30. C. de confession. quem post Brun. quem etiam allegat, refert Iul. Clar. lib. 5. sent. §. fin. q. 64. vers debet quoque. & Ant. Scap. lib. 5. iuris non scripti. ca. 75.
20 nu. 8. & seq. Sed † Iudex animaduertere debet, antequam ita scribi faciat, an torturam intulerit legitimis indiciis præcedentibus. Nā hoc in casu si reus ratificat ita post torturam perseuerando in confessione, interueniente tamen aliquo congruo interuallo inter tormenta & ratificationem, certè talis cōfessio potest dici spontanea, & Notarius potest licite scribere in actis, quòd talis sponte confessus est tale delictum. l. 1. §. si quis vltro. ff. de quæstio. secus autem si legitima non præcesserint indicia, & Notarius ita scribens, qui fuit præsens torturæ, & sciuit reum tortū non præcedentibus indiciis, incidit in falsum, prout & Iudex, qui sciens reum torturæ subiecisse non præcedentibus indiciis, hoc scribi fecit, pœnam falsi non euitaret. ita Angel. in l. qui in aliena. §. fi. ff. de acqui. hæred. & cum eo ibi simpliciter transeunt Imol. Paul. de Castr. Rom. & Alex. & late Ias. qui alios etiam congerit nu. 30. & aliis seq. Ang. Are. de Malef. in verb. Comparuerunt d. inquisiti, & confitentur totum. nu. 16. & ibi Aug. Arim. in add. Foller. in pract. cri. in d. verb. & si confitebuntur. 3. par. 3. par. u. 89. Carrer. in pract. crimi. fol. 3. n. 31. Iul. Clar. post Brun. quem allegat d. q. 64. versi. debet quoq; in fin. & hæc est magis communis opinio, & valde id in practica notabile est, vt dicit Alex. in d. §. fi, d. l. qui in aliena, & ibi ex eo Ias. nu. 38.
21 Sed † si notarius scriberet non sponte, sed voluntarie, non incideret in falsum, quamuis indicia torturam non præcesissent, uerum. n. est
22 instrumentum, quia † voluntas licet sit coacta, tamen uoluntas est. l. si mulier. §. pen. & ibi glo. not. ff. quòd met. caus. l. si patre cogente ff. de rit nup. l. velle non creditur. ff. de reg. iur. ita sing. Bal. & reputat nouū dictum in c. 1. §. iniuria. col. vlt. de pac. iur. firm. cum quo transit Ias. in
23 d. l. qui in aliena. §. fin. nu. 35. ff. de acquir. hæred. qui subdit, † quòd bene notanda est hæc differentia inter verbum sponte, et uerbum voluntarie. quia forte alibi non inuenitur. Sed tutius erit, Notarium nullo modo, & casu scribere reum sponte confessum, sed scribere, quo loco, quo tempore, quo modo, qualiter, & quibus uerbis reus fateatur, vt admonet Vmber. Loca. in oper. Inquisito. in verb. tortura. post nume. 20. Et libellus ille incerti authoris recens editus, & peruulgatus

uulgatus de modo examinandi in causis criminalibus, hanc satis congruam continet formulam ratificationis, licet alias ordinis, & artis expers sit ille libellus.

Modus seruandus in ratificationibus.

Interrogatus, si omnia dicta,& confessata per ipsum in vltimo constituto sibi facto fuerint,& sint uera,& pro veritate dixerit, & fassus fuerit. Respondit, &c. Et lecto sibi præcedenti constituto habito sub die, &c.in tali libro,&c. præsertim in illa parte incipiente in eius responsione,&c. per me Notariũ de uerbo ad verbũ de mãdatu D.& per ipsum constitutum bene audito, & intellecto prout etiam fuit per D. Interrogatus,an ea omnia,quæ modo sibi lecta fuerunt, sint per eum dicta,& cõfessata,modis,& formis,quibus legi audiuit.Respondit,&c. Et dicente D.vt recenseat modo pro veritate in substantia seriatim, & succincte citra quodcunque mendacium omnia, quæ in dicto examine sibi lecto dixit,& fassus fuit. Respondit, &c.Interrogatus, si uelit prædictis confessatis,& dictis per ipsum aliquid addere,vel minuere,uel potius ea tanquam uera ratificare,& approbare, modo ratificet,& approbet,& si quæ mendacia in eis dixerit, illa libere recuset, & corrigat,solum Deum præ oculis habens. Respondit.Interrogatus, si occurrat ipsi C. aliqua alia pro veritate dicere,vltra ea, quæ dixit, & fassus fuit. Respondit. Et perfecto examine est procedendum infrascripto decreto,videlicet. Tunc D.acceptatis &c. dimisit examen, & mandauit ipsum constitutum poni ad largam,cum termino triũ dierum ad faciendum omnes,& singulas eius defensiones,habitis tamen testibus pro ritè,& rectè examinatis,copias,&c. & absque præiudicio vlterioris processus,& examinis,&c. Hactenus libellus ille.Nostra nũc formula non absimilis eadem continens,& comprehendens, quæ iuxta modum supra traditum cap præcedenti,comprehendere debet, licet alio dictandi stylo hæc est.

Die 4. Nouembris 1586.

Constitutus personaliter coram Magn. & excellenti D.N. Ill. & R. D.Gubernatoris Vrbis ueteris Locumtenente,meque Notario, &c.in cubiculo custodis carceris Titius q.Sempronij, de quo supra, principalis in se, & testis in alios. Qui delato eidem iuramento de veritate dicenda,prout iurauit manu tactis scripturis &c. ad opportunas D. Interrogationes dixit, & Respondit, prout infra, videlicet, & primo. Interrogatus,an vltra ea,quæ supra dixit, aliquid aliud sibi dicere occurrat,& quid. Respondit, A meSignore non occorre di dir altro. Interrogatus, an ea,quæ supra dixit, & confessus fuit hesterna die in rigoroso eius examine,fuerint,& sint vera,& per ipsum C.pro veritate dicta, eaque velit ratificare,& approbare. Respondit, Signor sì,

che quel che hieri io dissi, et confessai con la corda è vero, et per la verità io l'ho detto, et confessato, et tanto quanto io dissi, ratifico, et confermo, et mi duole di non hauerlo confessato prima, che non harei patito questo dolore intenso della corda, come ho patito grandemente, Dio lo sà. Et lecto sibi per me, etc. de mandato D. ad verbum eius Cōstituto, eiusq; confessione hesterna die facto, et sequuta, à capite vsq; ad finem ad claram ipsius intelligentiam, eoq; et omnibus in eo contētis bene per ipsum, vt asseruit, auditis, et intellectis, fuit per D. Interrogatus, an ergo prædicta in d. eius const. et examine contenta ea sint, quæ in tortura, et ab ea depositus dixit, et confessus fuit. Respondit. Signor si, che tutto quello che si contiene in questo mio esamine letto mi qui hora dal Notaro, è quanto io dissi, et confessai hieri con la corda, Interrogatus, si eadem prædicta per ipsum C. confessa in d. eius examine sibi lectò fuerint, et sint vera, et per ipsum C. pro veritate dicta, eaq; approbet, et ratificet. Respondit, Sign. si, che tutto questo, che si contiene in questo mio esamine fatto con la corda, et quanto in esso ho confessato è uero, et per la verità io l'ho detto, et confessato, lo hauessi io detto prima, che non occorreua procedere cōtra di me cō la corda, come s'è fatto, pure ogn'un s'aiuta più che si può, per non dire il vero del male, che si fà, come ho fatto io fin che ho potuto. vi sia Sig. raccomandato. Interrogatus, an prædictis per eum confessis velit aliquid addere, vel minuere. Respondit, Io non ho che aggiongere, ne minuire à questo ch'ho detto, et confessato in questo mio esamine, et non mi occorre di dire altro. Et monitus, quod bene aduertat ad id, quod dicit, et sibi lectum fuit, cum de eius uita tractetur, et ideo si illud, quòd confessus fuit, et modò ratificat, verum est, denuo confirmet, et ratificet, sin autem illud verū non est, illud neget, et improbet, vel aliquid addat, uel minuat. Respon. A me come ho detto non occorre d'aggiungere, ne minuire cosa alcuna à questo che ho confessato, tutto è vero, et per la uerità l'ho detto, et di nuouo confermo, et ratifico. Ex tunc D. acceptatis, etc. dimisit examen, et mandauit ipsum C. poni ad largam, et. Et quoniā nonnulli solent post d. Interrogatoriū, an ea, quæ dixit, et confessus fuit in eius examine rigoroso, etc. recepta responsione affirmatiua, eum monere antequam sibi legatur examen, eiusque confessio, vt in substātia seriatim recēseat, quæ in d. eius examine, et constituto confessus fuit, vt certiores fiant, quòd reus dixerit veritatem. Formula hæc est, videlicet. Constitutus personaliter N. etc. Interrogatus, an ea, quæ hesterna die in eius vltimo rigoroso examine dixit, et cōfessus fuit, fuerint, et sint uera, et per ipsum C. pro veritate dicta, eaque approbet, et ratificet. Respondit, Sig. si, che quel ch'io dissi, et confessai hieri con la corda, è vero, et per la verità l'ho detto, et confessato, et tanto ratifico, et riferma. Interrogatus, vt modo pro veritate recenseat seriatim, et in substantia, quæ in d. eius examine pro uerirate dixit, et confessus fuit. Respondit, Signore, la uerità è questa, che, etc. questo è quanto ho detto nel detto mio esamine,

ne, et tanto è vero, et l'ho detto per la verità. Et lecto sibi nihilominus d. eius examine per me, &c de mandato D. de verbo ad verbum ad claram, & plenā ipsius C. intelligentiam, eoq; bene per ipsum, vt asseruit, audito, & intellecto, fuit per D. Interrogatus, an ea sint, quæ dixit, & confessus fuit, velitque illis aliquid addere, vel minuere, vel ea approbet, & ratificet, prout in d. eius examine dixit & confessus fuit. Respō dit, Io ho già racconto il fatto à V.S. & è in sostantia quel ch'ho detto in detto mio esamine, & tutto questo è vero, & per la verità l'ho detto, & hora di nuouo ratifico, & confermo. Ex tunc D. acceptatis, &c. dimisit examen, & mandauit ipsum C. poni ad largam, copiamque dictæ suæ confessionis, constitutorumque desuper factorum eidem decreuit, cum termino trium dierum ad faciendum suas defensiones, omni meliori modo. &c.

24 Quod † quidem decretum necessarium est post receptam ratificationem confessionis per torturam extortæ, quia tunc Iudex debet reo ita ratificanti statuere aliquem breuem terminum puta duorum dierum, vel trium ad producendum, & allegandum omnes suas defensiones, quas facere intendit contra suam confessionem, vt supra diximus

* cap. præcedenti. nu. 155. & est ex communi obseruantia, vt dicit Maran. in suo Spec. fol. 136. n. 25. quem refert Iul. Cla. d. q. 64. vers. fin autem. Idem voluit post Salyc. Afflic. Maran. Foller. & Boss. quos allegat Ioseph Cumi. de Synd. c. 21. de tortura. nu. 29. & Iul. Clar. d. uer fin autem. subdit, quod hæc practica sibi summopere placet, licet aliqui officiales parum docti illam non obseruent, & credit, quod aliter reus non posset condemnari: quia diceretur mori indefensus, cum et

25 † contra propriam confessionem præsertim in tormentis factam multa deduci, et probari possint, vt ex communi per eundem Clar. eo §.

26 fi. lib. 5. sent. q. 55. Quinimmo posset † reus talem confessionem etiam post ratificationem ex interuallo reuocare, et, si probaret errorem, esset absoluendus, vt per Gram. super Constit. Regn. fol. 23. nu. 22. et di

27 xit Iul. Cla. d. q. 55. vers. sed pone. vbi † verò nihil probet, poterit reus

* ex tali confessione condemnari secundum omnes, qui ita tenent; vt dicit Bal. in l. 2. nu. 3. C. de custo. reor. quem post Afflic. quem alleg. refert

28 Iul. Clar. d. q. 64. versi. fin autem. Et † debet dari dictus terminus reo ita confitenti etiam quòd illud non petierit. quicquid dixerit Boss.

* in tract. caus. crim. tit. de confessis. num. 2. ita obseruat practica generalis, vt testatur Iul. Clar. d. §. fin. lib. 5. sent. q. 65. versi. 1. in fin. Neq;

29 † in huiusmodi decreto necessaria est clausula illa, habitis testibus, &c. per d. libellum posita, quia ex ipsa confessione iam sequuta condemnatio sequi debet, vt supra diximus, et tradit Iul. Clar. d. versi. fin

30 autem. in fin, et d. q. 65. in princ. Prout † nec illa clausula, seu protestatio posita in calce d. decreti, de quo in d. libello de modo examinandi in causis criminalibus, videlicet, absque præiudicio vlterioris

31 processus, et examinis, necessaria est, quia † quādo proceditur per inquisitionē ex mero iudicis officio, possunt testes examinari, vel de no

no pro-

uo produci etiã post didicita testificata: quia cessat in Iudice timor subornationis, vt late per Natt. qui plures congerit consi. 359. vol. 2. & consi. 365. per totum. vol. 3. Anto. Gabriel. lib. 1. commu. conclus. tit. de testib. conclus. 21. in 33. fallen. num. 99. & ex communi Iul. Clar.
32 lib. 5. sentent. §. fin. q. 61. vers. sed quæro. etiam † quòd procurator fiscalis in inquisitione interueniat, qui tamen ex officio à Iudice & superioribus sit deputatus, vt per eundem Natt. in d. consil. 565. n. 4. & seq.
33 & † si proceditur instante accusatore, uel per Inquisitionem aliquo promouente, etiam quòd esset procurator fisci, qui non ex mero officio deputatus esset, vel qui se obtulit, superflua est dicta protestatio, quia in his casibus, post publicatas attestationes, & didicita testificata testes examinari, uel de nouo produci non possunt, ut plene per Natt. Ant. Gabriel. & Clar. post alios, quos ipsi congerunt in d. locis.

Et hæc de Theorica, & Praxi Interrogandorum Reorum pro breui Tironum exercitatione D E I singulari munere oblata commemorasse sufficiat. Quæ si forte ab illa sententia, quam Catholica docet, & tenet Ecclesia, aliqua in re deuiarent, veluti per ignorantiam dicta, aut negligentiam (sunt enim intellectus humani fallaces) ipsius Catholicæ Ecclesiæ iudicio, & censuræ, vt & me ipsum, subiicio.

F I N I S.

Legi librum, quem Flaminius Chartarius, vir disertus & eruditus de praxi Interrogandorum Reorum conscripsit, existimoq; magna vtilitate recudi iterum posse, neque eo aliquid contineri, quod fidei, aut moribus aduersetur. 9. Febr. 1593.

M. A. Maff.

Ego Frater Euangelista Patauinus Ordinis Eremitarum S. Patris Augustini, Sacræ Theologiæ Doctor, & in Almæ Vrbis Gymnasio publicus professor, iussu Reuerendiss. & amplissimi Patris Sacri Palatij Magistri hunc librum Theoricæ Praxis Interrogandorum Reorum in quatuor partiales libros distributum diligenter quam per me fieri potuit legi; & nihil in eo reperi, vel contra fidem, vel contra optimos mores, atque valde vtilem cunctis professoribus eius doctrinæ, ac proinde iterum imprimendum existimo.

F. Euang. qui supra.

Imprimatur. P. Antonius Vicesg.

Imprimatur. F. Barth. de Miranda, S. P. M.